

fit expectari, nec obtineri nisi a demone; qui solus talibus rebus cooperatur, & seminat: testificatio autem facta contraria nil excusat, & est illud fortia. Gravior tamen crimen est, si invocatio & passio sit explicita, cum sit expressa voluntas demonem verbo aut facto invocandi, ideoque in confessione explicari debet. *Omnes igitur artes blasphemiarum, vel negatoriarum, vel noxiae superstitionis, ex quadam pessima societate hominum & demonum, quasi pacta quadam infidelium & dolosa amicitia constituta penitus sunt repudianda & fugienda Christiano.* S. Aug. lib. 2. de Doctr. Christiana c. 33.

Hinc moraliter peccat, 1. Qui occulta vel facta per modum vana & improporcionata inquirunt, persequuntur, emulant, vel qui tales consilium, aut eorum dictis fidem certam adhibent. Item qui alios de fortuna consulari serio, vel cum scandalo: si autem joco tantum, nec fides adhibetur; & scandalum abfit, dicitur esse solum veniale, quia superstitio non est perfecta, nec seria. Obstat tamen quod consules cooperetur peccato mortali alterius, ideoque mortaliter peccat, nisi uterque joco tantum agat: nam tunc videtur peccare solum venialiter: 2. Qui notitia ex divinatione para utantur tanquam certa, vel actiones suas secundum eam dirigunt. 3. Qui ad aliquid obtinendum media inepta & improporcionata adhibent, etiam joci causa, sed ex quadam curiositate, ut experiantur quid facta accidat, quamvis putent totum esse vanum, & futile; nam illi tentant experiri, an demon de facto se illis mediis immisceat: ergo tentant cum demone societatem habere, quod mortale est, et joco fiat. *Ita Cassop. in Cris. &c.*

Quest. VIII. *Quid est Maleficium?*
Resp. Est ratio nocendi aliis ope demonis; unde continet triplicem malitiam mortalem, scilicet contra Religionem, caritatem, & justitiam. Duplex est. Aliud dicitur veneficium, quo alicui in propria persona, vel animalibus dammam inferunt, morbis, doloribus, morte &c. fitque multis modis, utendo vel causis naturalibus cognitae ope demonis, aut nignis: ut cum imagines pinguntur in aliqua parte, & tunc alicui laeduntur in simili parte corporis, vel signa quadam aliorum corporibus vel verbis applicando, quibus durantibus maleficiantur. Aliud est amatorium seu philtarum, quod adhibetur ad caralem amorem, vel odium excitandum, demone humoris, & phantasmis commoveat; unde ortus gravis tentatio, quae tamen libertatem non admittit: quare qui philtro infecti in rem veterem consentiunt, vere peccant mortaliter.

Porro maleficium tolli potest, 1. Exorcismis, oratione, penitentia, jejunio, & aliis pietatis operibus. 2. Remedii est medicina perit. 3. Destructione, seu combustione signorum, quibus annexum est pactum, praecite ut operum diaboli, ex Rituali Romano de Exorcismis. At non licet illud tollere per aliud maleficium, vel superstitionem, cum fit intrinsece malum invocare demonem, vel ad illud conducere.

Nota. Divinatores, magi, & malefici non sunt absolvendi, nisi omne pactum cum demone & commercium abirent ac dissolvant, & omnia signa artis magicae instrumenta, libros, scholas, Repturas comburant, & damna illata restituant. Quod si

chryographam demoni dederint, non necesse est illud ad eo extorqueri, & seminat: nam ad ejus destructionem sufficit penitentia.

ARTICULUS II

De Irreligiositate.

Irreligiositas est peccatum, quo Deus in se, vel in rebus, superpositis factis inhonoratur. Quia duplex est species, scilicet, blasphemia, tentatio Dei; sacrilegium, simonia, & perjurium, de quo jam egi.

Quest. I. *Quid est blasphemia & contumelia?*
Resp. 1. Blasphemia est locutio contumeliosa in Deum. Triplex est specie diversa: nempe heretice, imprecative, & mere dehonestative.

Heretice est ea, qua haereticis continet, & se duplicem habet malitiam mortalem, nempe contra fidem, & religionem. Fit vel attribucendo Deo id quod ei non convenit, ut si dicatur tyrannus, crudelis, injustus &c. Item, Omiserunt Deum? Vel de eo negando quod ei convenit, ut si dicitur non esse omnipotens, bonus, misericors, non curare nostra, non prospicere rebus humanis, non omnia esse bene ordinata, demonem esse Deo meliorem, si deliorem &c. vel tribucendo creaturae quod Dei proprium est, ut si dicitur demon aliquid creare, vel mandum regere &c.

Hinc heretice est haec blasphemia: *Denego Deum Christum*; quia denegatur Deo existentia aut donum: & ista: *Denego Evangelium*; quia denegatur Deo veritas infallibilis. Item si dicat: *Denego Deum*, si hoc ita non est: quia negare Deum etiam sub conditione cujusvis objecti, est negare quod Deo proprium est, scilicet existentiam a quolibet objecto creato independentem. Si tamen non crederetur error per blasphemiam expressam, tunc non committeretur haereticus, sed grave peccatum contra confessionem externam fidei, & aliud contra honorem Dei.

Imprecativa est ea, qua quis Deo malam imprecatur: ut si dicat: *Utinam Deus non esset? Non haberet potentiam? Sit maledictus, verat Deus &c.* Haec odium Dei continet.

Mere dehonestativa est ea, qua per modum contumelie & contemptus emittitur aliquid Deo conveniens, ut illud Juliani, *Vixit Galliae*: aut indignanter, irreverenter, irrisorie, exprobrative, contumeliose nominatur Christi mors, caput, vel contumeliose mors Dei: nam ista tunc dicuntur de Deo tanquam contempnibilia, & vituperabilia: & istis magnum Dei contemptus apprehenditur, unde graviter prohibentur, cap. *Si quis*, c. 1. q. 1.

Reverentur ad blasphemiam alia signa contra Deum, licet verba non adiant, ut in celum sperere, intendere dentibus &c. Item blasphemie sunt vituperia & verba contumeliosa tum contra res sacras, cum ad Deum eorum auctorem redundant; tum contra Sanctos (quia, ut ait S. Thom. q. 1. art. 1.) sicut Deus in Sanctis suis laudatur, in quantum laudatur opera, quae Deus in Sanctis efficit; ita & blasphemia, quae fit in Sanctos, redundat in Deum qui in eis elucet specialiter: cum habent beatitudinem sanctitatem, quae est excellentissima divina naturae participatio, & ad hoc sufficit virtualis habitudinis Deum.

Deum. Quare cap. 2. de maledictis graviter panitur, *si quis contra Deum, vel aliquem Sanctorum suorum, & maxime Beatae Virginis, linguam in blasphemiam publice relaxare presumpserit.*

Imo blasphemia est maleficiose creaturis irrationabilibus quatenus sunt creature Dei, vel ejus instrumenta, ut tempestant: nam illi maleficiose sub earatione, est maleficiose Creatoris. S. Thom. q. 25. art. 2. Blasphemia tamen immediate in Deum prolata gravior est quam in Sanctos: nam gravior est Deum in seipso contumelia afficere, quam representatum in Sanctis: & in his quam in aliis creaturis.

Rursus blasphemia, sicut laus Dei, cui directe opponitur, alia est cordis, seu mere interna; alia oris vel externa, qua verbis vel aliis signis exterius exprimitur. *Ita S. Th. q. 24. art. 1.*

Quest. II. *Quale peccatum est blasphemia?*

Resp. Omnis blasphemia est per se peccatum mortale, nec admittit levitatem materiae. Quia quilibet Dei contumelia, vel maledictio est gravis injuria, & contemptus Dei: nam per eam infinita Dei majestas positivo deprimitur & delectatur. Nihil horribilius blasphemia quae ponit in excessum, ostendit, ait S. Hieron. lib. 7. in Isa. cap. 18. Hinc illud, *Psal. 36. Maledicentes ei dispersibunt.* Et in lege veteri morte puniebatur. *Levit. 24. Qui blasphemaverit nomen Domini morietur.*

Nota 1. Ad mortalem blasphemiam non requiritur intentio expressa ac formalis Deum inhonorandi sed virtualis & interpretativa sufficit, nempe cum quis libere profert ea, quae ex propria significatione vel communi apprehensione, & ex modo profertendi, aliter circumstantiis Dei inhonoracionem continent, quamvis id fiat sine ullo pravationis expressum. Quia haec per se tendit in gravem Dei inhonoracionem; & re ipsa gravis est irreverentia & inhonoratio Dei, admissae verba ei contumeliosa ad jocum vel iram exprimentam. Gravior tamen injuria est, si hoc fieret ex directa intentione Deum inhonorandi, vel ex animo in Deum irato: & tunc sepe conjungitur cum odio saltem abominacionis in Deum.

Nota 2. Blasphemia heretice, & imprecative debet declarari, ut plura peccata specie diversa. Nam prior praeter irreligiositatem seu contumeliam Dei, continet malitiam hereticis si adit assensus internus; vel si deit, negationis externae fidei contra preceptum consentiendi fidei: posterior vero malitia odii Dei contra caritatem Dei. Itemque blasphemie prolatae contra Sanctos differunt specie ab istis, quae profertur contra solum Deum. Nam irreverentia, quae fit contra aliquem Sanctum, semper habet duplicem malitiam: unam contra dulum, quae inclinat ad colendum Sanctos propter eorum excellentiam supernaturalis creatam, & alteram contra virtutem religionis, quae praecipit cultum Dei propter excellentiam increatam Dei: ex illa enim irreverentia in Sanctos redundat irreverentia in ipsum Deum propter peculiarem conjunctionem, quam habet cum Sanctis. Et licet non intendatur irreverentia Dei, sufficit tamen indirecta voluntas ad contrahendam malitiam. Imo blasphemie contra B. V. differunt specie ab istis, quae profertur contra alios Sanctos: cum hyperdulia, qua colitur Dei Mater, specie dif-

ferat a dulia, qua coluntur alii Sancti, propter divinitatem maximam excellentem, in qua sanctatur cultus Deipare. Blasphemie vero in alios Sanctos omnes pertinet ad eandem speciem, cum sint omnes contra dulum. *Ita Desires.*

Nota 3. Qui habet contumeliosam blasphemiam profertendi vel sibi, aut alii demonem, aut grava malum imprecandi, tenetur sub mortali efficacie proponere, & seriocano eam evellere: aliquoties peccat, quoties ad eam adveniens id onitit: quia vel saltem interpretative per-nuente in morali periculo peccandi, cum pravus habitus ad similes actus vehementer pertrahat, & parat necessitatem mortalem peccandi. Et quoniam eam contumeliosam non retractat, nec curat emendare, ingratum ei ad culpam mortalem blasphemiam omnes quae ex illa aliqua, aut alio passionis motu, est sine advertentia ad verborum sensum, profert. *Ita Toletus, De lapsu, Sanchez, & alii multi.* Quia sunt sufficienter voluntarie ac libere in causa non retractata, & quam emendare non curat. Quod si contritioe elicit quae interim dum diligeret curat illam habitum extirpare, subinde labitur ex inadvertentia & non ex negligentia, excusatur a culpa, quia blasphemie ille impetu naturalis effusus, non fuit voluntaria nec in ea, nec in sua causa, cum consensu, ut supponitur, efficaciter retractata sit, & eam, quantum potest, emendare conetur. *Quicunque vero blasphemantem, aulterius; cum verbis oritur oburgare tenentur, si citra periculum suum id fieri posse contingat: eundemque deserte, vel insistere apud Judicem Ecclesiasticum seu Sacramentum intra triiduum debent, ait Leo X. in Conc. Later. V. sess. 9.*

Nota 4. Appellatio nominis Dei, vel Jesu, vel Sanctorum, per modum loquendi, non tamen contumeliosae, ut *O Jesu! Deus bone &c.* licet non sit blasphemia, est tamen vana usurpatio nominis Dei, & culpa venialis contra Religionem. Nam factum & terribile nomen Domini usurpare sine reverentia ac pietate, sed tanquam modum loquendi, est habere illud tanquam aliquid profanum, ideoque est irreverentia. Unde prohibetur Eccl. 23. *Nominatio Dei non sit affidua in ore tuo, & nominibus Sanctorum non admittaris: quoniam non eris immunitus ab eis, id est, a peccato irreverentiae contra eos.*

Nota 5. Alii sua nominatio demonis licet sine imprecatione, sed per modum loquendi, cum Christianum non deest, omnino vitanda est; & ratione scandali potest esse grave peccatum; notat Laym. *¶ S. M. Bened. XIV. singulari studio, atque zelo nefarium blasphemie scelus ex Ecclesiastico statu eliminare contendens, praeter penas, quas pro compescendis in Urbe blasphemis praescripsit, Brevis, quod incipit, Ad execrabile Blasphemie scelus &c. Congregationis Venerabilium S. R. E. Cardinalium in tota Republica Christiana Generalium inquisitionum adversus haereticam pravitatem innoxii, quatenus hortarentur Ecclesiasticis status Archiepiscopos, seu Ordinarios quoscunque, ut ipsi alicui Archiepiscopatui, seu Conferentia sub quocumque titulo, seu invocatione canonice erecte, & instituta, in qua vivit, tum doctrina, tum pietate praesidi adhiberi repellantur, nonnullas regulas, seu constituciones a S. Carolo Borromeo pro Congregatione, seu*

Confraternitate Confratorum earumdem blasphemiarum sanctas, presertim, & accommodatas unice faciant, fideant, & admittant. Ut autem Confratres ad prefatas Regulas observandas exciter, indulgentiam plenam largiantur.

Primo. Omnibus & singulis virilis sexus, quidam Confraternitates in posterum ingredientur, die primo eorum ingressus, si vere poenitentes, & confessi Eucharistiam sumperint.

Secundo. Tam descriptis, quam pro tempore describendis Confratribus, in cuilibet eorum mortis articulo, si vere poenitentes, & confessi, ac sacra Communionem receperint, vel quatenus id facere nequeverint, saltem contriti nomen Jesu, ore si poterint, sin minus corde, devote invocaverint.

Tertio. Iisdem contritis, confessis, & Eucharistia refectis, si Ecclesiam, seu Capellam, vel Oratorium suarum respective Archiconfraternitatum, seu Confraternitatum in tribus anni festis diebus per Ordinarium semel tantum eligendis, ac specificandis, a primis vespertis usque ad occasum Solis devote visitaverint, & ibi pro Christianarum Principum concordia, blasphemis, & haereticis extirpatione occupatis ad Deum preces offerantur.

Quarto. Eandem indulgentiam impertitur omnibus utriusque sexus Christi fidelibus, qui supra dicto modo, Ecclesiam, seu Capellam, a dictis Ordinariis designandam, seu designandas, in qua, seu quibus de eorundem Ordinariorum licentia in quatuor anni festis, seu non festis, seu Dominicis diebus per ipsorum Ordinarium specificandis devote visitaverint.

Denum centum dies de iniunctis, seu quomodolibet debitis poenitentis in forma Ecclesiae contentae relaxat, si Congregationibus seu publicis, seu privatis suarum Confraternitatum interfuerint, si devotum ad viam salutis redierint, vel pietatis, caritativaeque opus pro blasphemis virtus evellendo exerceverint, si demum interfuerint concionibus, seu praedicationibus tunc in anno contra execrabile blasphemiam factis faciendis, juxta S. Caroli Borromei regulas: quae talibus in ditione, ut missae sunt ad Ordinarium subactianus.

REGOLE.

Per il Fratelli Correttori delle bestemmie.

Primo. Tutte le Persone che saranno aggregate a questa Confraternita dovranno riconoscere per loro Capo l'Ordinario, e suoi Successori, procurando d'impiegare ogni loro opera, e studio per adempier tutte quelle cose, le quali faranno loro proposte per l'avanzamento di un'opera sì lodovole, e santa.

Secundo. Dovranno tutti congregarsi in quel luogo, ed in quelle giornate, che saranno destinate dall'Ordinario, o dal Guardiano, e Capo della stessa Congregazione, a fine di conferire circa i mezzi più facili, e propri per l'estirpazione di un finiti Fratelli, e di stabilire i giorni, ne quali dovranno i Fratelli, che faranno prescelti, coperti con il cappuccio, quando l'Ordinario così creda più espedito, andare a due per due in giro per la Città, e Luoghi, a fine d'interrigare alla fraternita, e caritativa correzione de Bestemmatori.

Tertio. Avranno l'avvertenza di non lasciar mai

senza quella pia. Oltre le giornate di Festa, nella quali il Popolo è più numeroso, e per troppo accadono maggiori scandalii, girando sopra tutto per le Botteghe, Osterie, Bottole, e Ridotti.

Quarto. Quando sentiranno qualche Bestemmia, pregheranno il Bestemmiatore (anche ingiunocchiandolo avanti di lui, se ciò stimeranno opportuno, e necessario) di ricorlarli, che Idio è il suo Creatore, e Benefattore, e che gli ha dato la lingua, per lodarlo, o ringraziarlo, e non per disprezzarlo, e maledirlo, dicendogli poche, e pesanti parole e con tutta la carità, e sommissione.

Quinto. Distribuiranno nel giro, che andranno facendo per tutte le Botteghe, e Case un Ricordo stampato del tenore, che s'infere nel fine delle presenti Regole.

Sesto. Sarà cura del Prelato di destinare tre giorni dell'anno in tre diverse Chiese per le Prediche da farsi contra il suddetto Vizio della Bestemmia col precedente invito stampato, ed affisso, e l'avrà particolare attenzione, che da Sacri Oratori si persuadano gli Absolutanti a correggere caritativamente i Delinquenti, ed a denunciarli in caso, che non giovino le ammonizioni.

Settimo. Saranno obbligati li medesimi Fratelli di esortare con dolcezza, ed a' tempi opportuni li Padri di Famiglia, Maestri di Scuola, Mercatanti, Capitoli delle Arti, e qualunque ordine di Persone ad investigare, perchè li loro Figli, Scolari, Servitori, ed Operari non bestemmino, correggendoli, castigandoli, e denunciandoli a Superiori, e ad impedirli, che non conversino con Gente di simil vizio, e senza timor di Dio.

Ottavo. Dovranno li Confratelli esser li primi a dar buon esempio nel parlare modesto, nell'essere pluralità de costumi, e nell'onestà, e mansuetudine per ricavar profitto nella correzione degli altri.

Nono. Faranno ogni tre mesi una Comunione Generale in quella Chiesa grande, e capace di maggior numero di Popolo, che sarà dal Prelato designata a tale effetto, ed anche in questa occasione si farà una breve esortazione per confermare il Popolo ne' santi proponimenti di fuggire questo vizio execratissimo.

Decimo. Finalmente siccome questi Confratelli dal canto loro con santo coraggio adempiranno le proprie incombenze, così dovranno gli Ordinari, e Governatori con pubblici Editto provvedere, che se alcuno avrà ardire di matteggiare, disprezzare, o rispondere ingiuriosamente a qualunque Fratello, che con carità lo corregga, sarà severamente, ed irreversibilmente anche per la prima volta punito con tre tratti di corda da darli in pubblico; se sarà Uomo, e della Galera anche perpetua quante volte alle parole si unissero gli Insulti; ed alla frusta, e carcere perpetuo, se sarà Donna, oltre le pene pecuniarie da applicarsi a Luoghi più secondo la qualità, e grado delle persone delinquenti.

Undecimo. Questa Confraternita (lasciando fermo ad arbitrio dell'Ordinario il Titolo di quella alla quale sarà unita) riconoscerà per Protettrice la Santissima Vergine, ed il Santo Angelo Custode, recitando ogni volta che dovrà adunarsi le Litanie con l'Orazione: *Concede misericors Deus fragilitati nostra praedium &c.* e per tre volte l'Orazione: *Angeli Dei &c.* al Santo Angelo Custode.

con

con il Salmo: *Laudate Dominum omnes gentes.* e l'Orazione: *Deus qui culpa offenderis, & poenitentia placaris.*

Ricordo da distribuirsi in tutte le Botteghe, e Case

FRATELLI DILETTI BISSIMI ASTENETEVI DALLE BESTEMMIE.

Con ricordarvi.

Primo. Che Dio vi sente.

Secundo. Che Dio presto vi ha da giudicare sopra ogni parola, molto più sopra le Bestemmie.

Tertio. Che Dio vi ha dato la lingua per lodarlo, bendirlo, e non per offenderlo, e disprezzarlo. Quarto. Che se vi abusate del Nome di Dio in vita, e non saprete, e non potrete invocarlo per vostro aiuto in morte.

Quell. III. *Quid est tentatio Dei, & quale peccatum.*

Resp. 1. Tentatio Dei est dictum, vel factum, vel omisso ad capiendum experimentum divine alicujus perfectionis, ut potentie, bonitatis &c. vel voluntatis, per effectum extraordinarium ad Deo temere expectatum. Deus autem tentatur dupliciter: 1. Expresse, cum ex directa intentione experimenti sumendi de aliqua Dei perfectione, aliquid fit, vel committitur; ut si petatur miraculum, ut innotescat Dei potentia, vel ejus in aliqua re voluntas, commissis aliis mediis; vel si quis in puteum saliat ad explorandam Dei in providentiam. 2. Implicite, & interpretative, quando etiam non intendatur tale experimentum, sed tamen fit vel committitur, quod ad nihil aliud videtur ordinabile, nisi ad explorandam aliquam Dei perfectionem, vel voluntatem; ut si quis nolit uti mediis ordinariis, vel a Deo institutis; ad aliquid quod optat, sperans id a Deo solo, v. gr. sanitatem sine remedii, conservationem vite sine cibo & potu: vel si quis velit docere aut concionari sine ullo studio &c. Huc etiam pertinent ex probationes justitiae vel innocentiae, quae sunt per feram candens, vel aquam, aut per duellum, aut aliter &c. damnae, cap. *Menam*, 2. q. 3. & cap. ult. de *perjur. velis*. Si tamen illa fiant ex intentione experientiam ad Deum innocentiam hoc etiam modo tunc, etiam tentatio Dei exprimitur.

Resp. 2. Omnis tentatio Dei prohibetur, Deut. 6. & Matt. 4. *Non tentabis Dominum Deum tuum.* Etique per hoc peccatum mortale, five fiat expresse, ac directe, nam vellesse aliquam Dei perfectionem explorare, est magnus Dei contemptus, & gravis irreverentia: five fiat indirecte & tacite; nam gravis est in Deum irreverentia, quod vili creatura negligat ac respiciat ordinariae divine providentiae media, vel itque saltem interpretative, ut Deus ad nutum illius sine necessitate leges providentiae immutat. Item mortale est, ex sola curiositate petere miraculum: nec est agere cum Deo tamquam cum lucione, accersitissimum furore, & velut sua omnipotentia aliquid mirabile ad hunc vanum finem efficiat, quod summam Dei sapientiam ac majestatem valde dedecet.

Tentatio Dei quocunque adjunctum habet infidelitatem; ut si quis dubitans de aliqua Dei perfectione, vel providentia, eam in utroque ex utroque pietate

Quocunque est etiam contra caritatem profectum, ut si conveda sit cum periculo vitae, aut gravis infirmitatis. Licet tamen petere a Deo miraculum ad bonum finem, vel ex speciali ejus inspiratione, vel si necessitas urgat, aut tunc utilis addit, quando contra media ordinaria non sufficient, modo id petatur cum humilitate, & res tota divine voluntati committatur: nam tunc nulla est irreverentia in Deum.

Quell. IV. *Quid est Sacrilegium, & quae sit?*

Resp. 1. Sacrilegium est violatio five indigna tractatio rei sacrae, hoc est, rei Deo dicatae, aut ad Dei cultum specialiter destinatae. Violatur autem res sacra, cum aliquid fit, quod peculiariter sanctitati illius, vel reverentiae illi debita, seu Deo in illa debita repugnat; five, violatio rei sacrae est qualibet irreverentia in illam.

Resp. 2. Cum triplicis generis sit res sacra, scilicet persona, locus, & res aliae; ideoque tres sunt sacrilegii species: personale, locale, & reale.

1. Sacrilegium personale est, quod indigna tractatur persona sacra, ut Clericus, vel Religiosus. Quod fit quatuor modis, 1. Eos in sepe percutiendo, aut quamlibet aliam actionem violentam ac contumeliosam in eos iniuste exercendo, contra privilegium canonis, si quis *judicant*. 2. Eos subterfugendo tribunali seculari contra privilegium fori. 3. Imponendo eis tributa, vel onera publica sine legitima auctoritate contra immunitatem Ecclesiasticam: nam haec privilegia esse concessa sunt iuncti religionis. 4. Cum peccatum contra castitatem a Religiosis, vel Clericis sacri ordinis insignitis committitur, est sacrilegium: quia per votum corpus & animam specialiter Deo consecratur quoad fugam omnis zelus veneri. Hoc etiam incurrit alii, qui cum ipsis peccant, cum ei cooperentur.

Item quilibet votum violatio est sacrilegium: nam eo ipso quod per votum Deo dicata est, iam est jure divino ad Dei cultum destinata, ideoque facta, cap. *Arz. Bonac. Lexi. & alii*.

2. Sacrilegium locale est violatio loci sacri, ut templi & ceterorum. Tali est omnis actio irreverentium loci includens, aut speciem habens cum sanctitate loci vel cultu divino repugnantiam, five ex natura sua, five ex prohibitione Ecclesiae, videlicet:

1. Effusio, spoliatio, incendio Ecclesiae, everso altaris &c. 2. *de seni. excom.* 3. Homicidium, effusio illicita sanguinis aut seminis humani, sepultura excommunicati non tolerata, aut non sepeliri: nam his polluitur locus sacre, ut in ea profanus Ecclesiae tanquam vulgaris fiat, ut in ea hanc negotiationes, exercitium iudiciorum secularium, seditio, conclamatio, vana & profana colloquia, consultationes qualibet tempore divini officii, vel quavis alia, que cultum divinum turbare aut impedire possunt, aut ceulos divine Majestatis offendere: cap. *Decet de immuni. in 6. Ex Concilio Generali. I. v. d. n. II. a quo haec omnia prohibentur. 4. Extractio violenta rei loco sacro, ubi lex alyly viget. 5. Furtum five rei sacrae, five rei profane in loco sacro, quavis ibi non dependet, ut crumena occulta abscisso, ex cap. *Quisquis, 27. q. 4. ubi loquitur VIII. ait. Sacrilegium committitur aucteritio sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro, five sacrum de non sacro. Ubi autem lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, sed generaliter**

con

ter & indistincte accipiendum est, quod les generat...

III. Sacriligium reale est indigna tractatio rei sacre...

Porro etiam sola omissione committitur sacrilegium...

Cum autem in rebus diversis sint habitudines ad sanctitatem...

Hinc sacrilegium reale est indigna administratio, vel susceptio...

Quaest. V. Quale peccatum est sacrilegium? Resp. Est peccatum mortale...

Porro cum sacrilegium novam speciem peccati constituit...

religionem, alteram contra castitatem vel iustitiam. Iro quia omnia sacrilegia...

Quaest. VI. An omne peccatum in loco sacro commissum contrahit speciem sacrilegii? Resp. Certum est...

Resp. 2. Omne peccatum saltem externum in Ecclesia commissum contrahit inde malitiam sacrilegii. Quia tale peccatum repugnat sanctitati loci...

Multi vero id negant de actu mente interno; quia, inquit, nullam habet relationem ad locum sacrum...

ARTICULUS II

De Simonia.

Quaest. I. Quid est Simonia? Resp. Denotat studiosa voluntas emendi vel vendendi pretio temporali...

Dicitur 1. Studiosa voluntas, id est, volitio deliberata et libera.

2. Emendi vel vendendi, hoc est, commutandi pretio temporali, sive non gratis dandi aut accipiendi...

3. Pretio temporali, quo intelligitur pecunia, & res omnis pecunia estimabilis...

Quodvis obsequium, servitium, ministerium in rebus temporalibus praestitum, vel praestandum...

Lebiti, ius aliquod &c. 3. Manus a lingua, nempe favor, patrocinium, intercessio, adulatio, laus, commendatio apud alium &c.

4. Spirituale, id est, res vel actio sacra, vel ad salutem animae specialiter ordinata, vel ad cultum Dei pertinens, ut dona Spiritus Sancti, gratia, virtutes, oratio, Sacramenta, divina officia beneficentiae, relictus Sanctorum...

5. Per spirituale annexum intelligitur id quod ad spirituale ordinatur, vel ab eo dependet, aut ei coniungitur. Potest autem conjungi vel antecedenti, ut ius Patronatus, quod supponit praesentationem ad beneficium, aliorum, vestra sacra...

Nota. Allata definitio stricte est simoniae juris divini, non simoniae juris ecclesiastici saltem omnium nam non convenit simoniae, quae reperitur in permutationibus, & resignationibus factis sine auctoritate Superioris...

Porro id in spiritualibus est simonia, quod in temporalibus usura; & sicut datur usura palliata, ita & simonia.

Quaest. II. An ad simoniam requiritur intentio formalis dandi vel accipiendi rem temporalem, ut pretium vel spirituale?

Resp. Neg. Sed sufficit voluntas dandi vel accipiendi spirituale non gratuito, sed pro temporali, sive ut pretio vel compensatione, sive motivo saltem principali...

Prob. Quia. 1. Simon Magus, Ador. 8. damnatur, quod praecise oblitisset pecuniam eo sine, ut acciperet potestatem conferendi Spiritum Sanctum...

Annoe T. beal. Agral. Tom. II. P. I.

dicitur simoniae reus, qui sine illo pacto donacionem facit, ex intentione ut per temporaria dona quae offeruntur, spiritualia valeant adipisci. Et Concil. General. Later. I. c. 1. prohibet ordinari quemquam per pecuniam, vel promoveri. Et Concil. General. Later. II. can. 2. verat beneficium vel aliquid spirituale per pecuniam acquiri: Quoniam simoniacum eorum. Idem cap. Ex multis. 1. qu. 3. Alexander II. ait: Chalcedonense Concilium condemnans eos, qui Ecclesiae beneficium interveniente pecunia acquirunt...

Quaest. III. Quotuplex est Simonia? Resp. Dividitur 1. In eam, quae est juris divini, & in eam quae est juris humani. Prior est ea, quae ideo prohibita est, quia mala est ex natura sua...

Quaest. IV. An ad simoniam requiritur intentio formalis dandi vel accipiendi rem temporalem, ut pretium vel spirituale? Resp. Neg. Sed sufficit voluntas dandi vel accipiendi spirituale non gratuito, sed pro temporali...

Simonia mentalis non est praecise nudum propositum committendi simoniam; nam haec dicitur per mentalis, & hoc modo datur etiam furtum mentalis, sed ex intentione, sed est actio externa facta ex intentione simoniacae exterior non apparet: sine

est datio vel acceptio rei spiritualis pro temporali, vel rei temporalis pro spirituali, nullo interveniente pacto etiam tacito: ut si quis serviat Episcopo hac intentione, ut pro obsequio temporali ei procuret beneficium, nulla tamen verbis vel iuribus facta conventionem. Hec autem est vera simonia, & ejusdem speciei coram Deo cum simonia reali, & c. 14. de Simoni. Dicitur mentalis, quia licet externum actum seu effectum habeat, malitia tamen simonia non apparet exterius, sed in mente manet.

Conventionalis est pactio simonica expressa, vel tacita sine implicita, sed nondum tamen executioni mandata saltem ab utraque parte. Nam alia est pure conventionalis, quae neutra ex parte completa est: alia conventionalis mixta & semitralis, quae ex una tantum parte completa est, ut si post pacificationem initam conferatur ab uno beneficium, sed ab alio non datur temporale, vel e contra: unde participat aliquid de reali.

Realis est pactio simonica ex utraque parte completa saltem inchoate: quod addo, quia ad simoniam realem sufficit solutio parvis pretii cum receptione rei spiritualis, vel spiritualis annexae.

Simonia confidentialis est, cum quis alteri beneficium procurat, eligendo, presentando, postulando, recommendando, vel alia ratione, cum confidentia, hoc est, cum pacto expreso vel tacito, ut si cui procuratur, illud aliquando resignet procuranti vel alteri, aut ut pensionem vel fructus aliquos ex eo praestet. Hec simonia graviter prohibetur a Pio IV. Bulla 85. & a Pio V. Bulla Insuperabili. Dicitur confidentialis, eo quod procuratio beneficii nitarur confidentiae pacificationis, cuius beneficium ipsum, vel fructus illius, pensio expectatur.

Quatuor modis committitur. 1. Per accessum: ut cum Praeatus volens tibi per gratiam incapaci procurare beneficium, illud confert alteri ea conditione, ut quamprimum capax fueris, illud accipias.

2. Per ingressum, ut cum quis beneficium sibi collatum ante captam eius possessionem alteri resignat eo pacto, ut illud postea ingrediatur, si ille moriatur, vel dimissurus sit.

3. Per regressum, cum quis beneficium a se postpositum alteri resignat ea conditione, ut ille sibi vel alteri idem beneficium resignaturus sit convenienti tempore.

4. Si praesentans, resignans, confersens &c. pacifcat expresse vel tacite, ut pensio vel pars fructuum beneficii sibi vel alteri datur. Porro ad hanc simoniam requiritur, ut accessus, ingressus, & regressus sint in idem beneficium. Hinc qui resignat beneficium alteri ea lege, ut hic aliquid, quod possidet, dimissurus sit in favorem tertii, non est reus simonia confidentialis, sed conventionalis, vel realis. Quaest. IV. Quibus casibus est Simonia juris divini, ideoque indispensabilis?

Resp. Ea generatim prohibentur ut simonica iure divino, naturali & positivo, quae cum sint spiritualia, vel spiritualibus annexa, commutantur pro temporali. Speciatim vero sequentia:

1. Dare vel accipere temporale pro virtutibus supernaturalibus, donis Spiritus Sancti, Sacramentis, Reliquiis sacris, quavis potestate spirituali si-ve ordinis si-ve jurisdictionis, ejusque actu, praelatura Religiosorum, iure eligendi, usu gratiarum

gratis datarum, precibus, officiis divinis, missa, oratione, quavis functione spirituali &c. Ita enim opes. Nam haec omnia ad finem supernaturaliter pertinet. Nam haec omnia ad finem supernaturaliter pertinet. Nam haec omnia ad finem supernaturaliter pertinet.

2. Dare vel accipere temporale pro beneficio ecclesiastico etiam simplici, & solum quoad jus percipiendi fructus temporales. Est communis Theologorum sententia; teste Suarez. Prob. tum ex c. Salvator, 2. q. 5. tum quia jus percipiendi fructus temporales ita est connexum officio spirituali, ut non possit obtineri nisi ratione illius officii, cuius exercendi jus habeatur; nam jus percipiendi fructus temporales beneficii, est jus tales fructus obtinendi ministerio spirituali, cuius exercendi jus habeatur: Beneficium enim est propter officium, ex c. ult. de rescript. in 6. & ex Conc. Trid. sess. 22. cap. 3. Cum beneficia ad divinum cultum, atque ecclesiastica munia sint constituta. Ita ut jus percipiendi redditus necessario & ex iustitia debeat, & acquiritur sic ei, qui habet titulum, id est, potestatem exercendi tale ministerium spirituale, propter quod fructus sunt destinati. Ergo jus illud percipiendi fructus vendi non potest, quin vendatur primario & directe jus exercendi officium spirituale, & ipsum officium; ex quo hoc procedit, ex c. Si quis, 1. q. 3. Quisquis horum alterum vendit, sine quo nec alterum procedit, neutrum inventum derelinquit. Quare etiam non tenetur dare beneficium alteri; tamen si confersas, generis gratis conferre, nec potes temporale ei annexum lubrere. Beneficia nullo modo vendere licet: quia eis venditis intelligitur etiam spiritualia venditioni subiecta: ait S. Th. 2. 2. q. 100. art. 4.

Nec obstat, quod calix consecratus emi possit ratione materiae. Nam ex S. Th. haec est disparitas: quia calix consecratus spirituali annexus est antecedenter, seu non praesupponit spirituale, sed ei advenit spirituale, nempe consecratio. Unde non ita pendet a spirituali, ut eo vendito vendi censatur spirituale. Item die de vendito patronatus. At jus percipiendi redditus ecclesiasticus fundatur ius spirituale, & illud praesupponit, ita ut competere non possit, nisi ei, qui habet titulum seu potestatem spirituales exercendi nomine Ecclesiae ministerium spirituale, propter quod fructus destinati sunt.

Potesit tamen Papa ex plenitudine potestatis, titulum seu jus officii spiritualis abrogare, & temporale beneficii ob Ecclesiae necessitatem, vel maiorem utilitatem alienare. Et tunc temporale beneficii separatum a titulo nisi haberet spirituale, nec proinde eius distractio esset simonica.

Item est de commenda clericali, ac de beneficio cui aequivaleret, quia principale in ea est spirituale ministerium, cui temporale commodum consequenter annexum est.

3. Omnis transactio in beneficiis, vel aliis rebus spiritualibus; facta compensatione cum re proprie temporali: nam tunc spirituale commutatur cum temporali.

4. Dare vel exigere temporale non solum pro receptione seu admissione ad religionem, ut patet, (nam haec est quid spirituale, cum ex forderetur

ad animae salutem ac perfectionem, & ad Deicum,) sed etiam pro sustentatione ingredientis (?) Religionem, quando bona Monasterii sufficiunt. Ita multi. Quia jus vivendi ex bonis Religionis ex institutione Ecclesiae & mente fundatorum, annexum est professioni, sicut jus percipiendi redditus annexum est admissioni ad Canonatum: ita ut illud nequeat obtineri nisi ratione professionis, quae est quid spirituale. Nam Monasteria sunt dotata, & auctoritate Ecclesiae sic instituta, ut homines illi ad scripti liberis Deo vacarent, & officio pro defunctis orarent. Item jus vivendi ex bonis communitatis hoc ipso competit ei, qui sit membrum communitatis pro professione: nam bona communitatis per se destinata sunt illi omnibus ejus membrorum, quae sunt ipsamet communitas. Ergo nihil exigi potest pro iure vivendi ex bonis Monasterii, quin exigatur pro ipsa professione, ex qua provenit hoc jus, quod est spirituale, vel saltem spirituali annexum. Quomodo igitur non potest citra simoniam ius divini in beneficio conferendo vel resignando vendi vel emi jus percipiendi proventus temporales propter eius connexionem cum spirituali titulo, ita ut qui unum vendit, alterum, nempe spirituale, non relinquat inventum, ex canone citat. Ita etiam non potest vendi jus utendi bonis temporalibus Monasterii propter eius connexionem cum ipsa professione Religiosa, in qua fundatur. Praeterea admissio in Religionem est admissio ad omnia jura Religiosorum; inter quae est jus vivendi ex bonis Religionis. Quare cum Alexand. III. c. Non satis, Innocent. III. c. Dilectus, & Conell. gener. Later. IV. c. Quoniam de Simonia, id graviter prohibent, & in hoc juris divini naturam observantiam praecipiant.

Si autem Monasterium sit pauper, nec possit plures sustentare, non est simonia exigere aliquid ad ingredi volentibus: quia illud existit non pro iure alimentorum, nec ut pretium religionis, sed ut habeat Monasterium unde ei possit providere, & ut alii Religiosi non careant necessariis, ad quae jus, iam acquisitum habent. Ita S. Th. in 4. dist. 25. q. 3. art. 2. ad 7. Sed erit injustitia & simonia, si quid amplius exigatur ultra id, quod requiritur ad hunc finem, quia jam cessat ratio allata quoad excessum. Quod tamen est intelligendum moraliter, nec consistit in indivisibili.

Nec obstat, quod dicitur Martinus V. exemisse Moniales a potius latis ab Urbano IV. Nam potestati jurisdictionis divini apponit, sunt juris ecclesiastici, unde tolli possunt, remanente iure naturali & divino, quod potius indispensabile est.

Non adeo facile cum auctore pronuntiandum est, Simoniacum esse consuetum dotale subsidium, quod a Consobis exigitur a Puellis sese Deo devotivibus: Nam quavis ex dotis pensionem obtinet, non addit praeterea, cum venemur in Simonia, quae ortum habet a potius lege Ecclesiastica, mirum non esse, haec potius tunc severius accipi, monachorum de causis aliquantulum emolliiri, prout vel augetur, vel mitiorum praesumptio venditionis rei spiritualis, seu vere animi illius mandandi, in qua praesumptio fundatur. Et recentis decretis hac de re particularium Ecclesiarum statuta, ita subnectit, in hac

adherendo doctrinae S. Th. 2. 2. q. 100. art. 3. ad 4. sepius decrevit, a singulis Sanctorum Monasteriorum, ad normam decreti Concilii Trid. sess. 22. cap. 3. de Regular. tot esse Moniales percipientes, quos Episcopi iudicio, ex communibus redditibus, aut consuetis elemosinis sustentari possint. Consuevit itidem Monialibus inter praesentium numerum comprehendit, sed sui demortuorum locum subtrahendis, nisi illi esse Monasterio pendendum; nisi inter Monasterii redditus fuerint immituti, nec amplius parcerent, confueto sororum numero sustentando; ab illis vero, quae ultra praesentium numerum recipiant, dotem persequi debent, si ipsi fructibus alii queant, quemadmodum refert Fagnanus in cap. non amplius de insp. nu. 14. ubi inquit: Verum Sac. Cong. super negotiis Episcoporum, & Regularium animadvertens, sanctimonialium Monasteria sine dotium subsidio alii sustineri non posse, & propter ingruentem necessitatem, & casus inopinatos, plerumque ad incopiam redigi, Summis Pontificibus approbantibus, praeterierat sancit, ut dotales elemosinae a Monialibus numeratis persolverentur, tametsi numerus esset taceatur ad mensuram reddituum Monasterii.

Deinde Sacramentum Urbis Congregationum decreta vindicant, & Van-Elpenium retellit, qui in praesentibus de Simonia, circumferunt in Religiosis cap. 3. 2. 1. absolute asserit, contra jus naturale, & divinum peccare Monialibus, quorum proventus sunt sustentationis ut numerum aliquem Religiosorum sustinerent. Nam licet sit iuris naturalis & divini Simonia, quae committitur dum quidpiam recipitur tamquam pretium ingratias in Religionem, tamen si illud recipitur pro onere, quod sibi assuit Monasterium, sustentatum Religiosum, ad quod ceterorum subeundum sufficiunt Monasterii redditus, est Simonia tantum juris Ecclesiasticae. Tunc enim pretium sumitur pro onere alieni personam Religiosam, quod est temporale, & pretio assimilabile. Sed, quod jus ad alimenta & Monasterii proventus percipiendum proficit ex ipsa potestate Religiosa, & iudicio Ecclesiae, ne ulla ratione pretium pro ea accipi videretur, districte veritas, quicumque ab eo exigi qui Monasterium necessaria ad vitam stipendia subministrare potest, arguit hujus criminis reos in Simoniaeorum classem referunt. Illi omnium prima constituit septima Synodus, quae est Nicena secunda celebrata anno 787. can. 129. antea animam, ut observat Thomassius part. 3. de ecc. & novae Eccl. dist. 1. c. 2. ex plures leges late fuerint, ad compensandum Monachorum avaritiam, alimentorum oneratum, pecunias ab illis extorquentium, qui sese Deo ac Religionis obsequiis mancipabant, nulli tamen in mentem venerat potuisse in hoc negotio Simoniam committi.

Adde praeterea, cum venemur in Simonia, quae ortum habet a potius lege Ecclesiastica, mirum non esse, haec potius tunc severius accipi, monachorum de causis aliquantulum emolliiri, prout vel augetur, vel mitiorum praesumptio venditionis rei spiritualis, seu vere animi illius mandandi, in qua praesumptio fundatur. Et recentis decretis hac de re particularium Ecclesiarum statuta, ita subnectit, in hac

op.

(*) Ingredientis per professionem regulae &c.

opinionum varietate, diu anceps hæserat Sac. Congr. Concilii; sed cum experientia didicerit, nullum reperiri adeo opulentum Sanctimonialium Cenobium, quod, ad reparanda quotidiana fororum exituum detrimenta, non egeat novorum dorum accessione, firmiter tandem amplexata est S. Caroli decreta, eaque religiose observari voluit: quod non solum constat ex allegatis ejusdem decisionibus, sed adhuc clarius ex alia quæ refertur in Bibliotheca Præmonstratensis pag. 350, cujus verba sunt: *Non vestiantur Moniales, nec admittantur ad habitum, nisi prius Patentes, vel illi, ad quos earum cura spectat, promptam habuerint pecuniam pro dote, vel elemosina consueta: & illam depoluerint forendam Monasterio post emissionem.*

Concludit denique, si hæc fecum animo revolvat Episcopus, non sitam illicitum, & Simoniacum pronuntiabit (Vid. N. 76.) dotale subsidium, quod a Puellis scilicet in Religionem recipiendis exigitur: neque faciles aures præbetit fiscalibus hominum, qui, ut propriæ autem pecunie, suæque filias, sine ulla sumptu, Religioni alenda tradant, monasteriorum opulentiam exaggerant, novamque pecuniam illis collatam in iniurias, ac voluptuosos sumptus erogari clamitant. Non idcirco tenam negamus, quandoque eam proorsu remitti; sed quod in peculiaribus circumstantiis, & consilia prius Sacra Congregationis Concilii ferri debeat, non poterit Synodali Constitutione, generatim, atque universim faciendum decerni. Illud autem curabit Episcopus, ne ultra præfixam dotem, Monasterio pendendam, alia pecunie summa a Puellis extorqueatur, in Monialium commodum, aliove usus impendenda, qui ad Puellas sustentationem nequaquam pertinent: id quippe, cum nullaratione coherentiarum valeat, adhuc remanet sub censura. *Exitus. 2. de Simonia, inter comm. ubi Urbanus V. utriusque sexus Regularibus districte inhibuit, ne ante, aut post conjugium in Religionem ingressum, quoscumque passus, prandia, seu cenas, pecunias, socialia, aut res alias, etiam ad usum Ecclesiasticum, seu quemvis pium usum alium deputata, vel deputanda, directe, vel indirecte, petere, vel exigere quoquo modo presumant.*

Modum quoque imponit sumptuosos apparatus, nugis concentibus, commellationibus, aliisque ejusmodi que cum magno familiarum impendio, alibi ferri solent in Monialium ingressu, & Professione; omnem libitum mundanam pompam, omnem profanum luxum delerec spirituales nuptias, quas eligit Puella, que Deo & Religioni se devovet, licet ponderat Navarus in *tract. de relictis Ecclesiasticis, in fine questionis primæ, p. 150, edit. Bonavæ anni 1586*, ubi hæc ad rem scripsit: *Quid questio dicemus ad prodigas illas expensas? & profans apparatus ferri solitos, ex pacto tacito, vel expresso, dum Puella vel ingrediuntur in Monasterium, vel Professionem emittunt? Quid aliud moderatius, quam ut hæc volucriter inveniuntur, & calperit, & puniantur illæ, que taliter faciunt? Et simul etiam docentur, quam honestior appareat cunctis hæc insipientibus modesta quedam, humilisque temperantia, spirituali sua contemplationi, quam pomposa profanitas, mundana cuidam admixta voluptati, in funeralibus*

ejus, que per Professionem moritur mundo, & nascitur, vel exeresit. Do. 11. Navarus, Suarez, Layman, & alii multi. Quia hoc jus est spirituale: nam est potestas ad actum spirituale; nempe professionem, quæ ut jus presentato ad beneficium habendum, ita ut necessario inditui debeat, si fit idoneus, c. 18. *de jur. Patron.* At potestas ad actum spirituale est spiritualis. Nec ideo venditur jus Patronatus, quia venditio fundi transferit jus Patronatus ei annexum. Nam ut vendi diceretur jus Patronatus, deberet aliquid accipitatione illius juris, quod esset simoniacum.

Porro est simonia juris divini etiam post collatam spirituale, vel spirituali annexum & nullo precedente pacto dare, vel exigere aliquid temporale tamquam debitum, vel ut pretium, aut mercedem vel compensationem ex c. 39. *de Simon.* Nam tunc factio ipso temporale æquiparatur spirituali quasi esset illius pretium: & ideo SS. Patres Gregei simoniae arguant, quod pecuniam pro curazione legis miraculose facta petierit. Licet tamen, scilicet Ecclesie prohibitione, aliquid gratis obtinere accipere, post quam res spirituales gratis collata est; quia non datur pro re spirituali, sed ex gratitudine & benevolentia, ex c. 30. *de Simon.*

Quest. V. Quibus casibus est simonia juris humani?

Resp. Communitur recentetur. 1. Permutatio beneficiorum sine auctoritate Prælati, nullo interveniente pretio. Item resignatio extra Curiam Romanam in favorem certe persone, & resignatio cum pacto, ut resignatarius suum beneficium cedat tertio; vel cum confidentia accessus, aut regressus. Nam in his non commutatur spirituale, nec spirituali annexum pro temporali: unde licet commutaretur beneficia cum auctoritate Episcopi, *Clem. de res. permur.* & Papa potest in aliis dispensare. Ista sunt tamen simonica, quia prohibita sunt ab Ecclesia ob reverentiam rei sacre, & ob periculum ut fiat ex aliquo motivo temporali.

2. Venditio officiorum sacrisse, æconomi, defensoris, advocati, procuratoris Ecclesie & De quibus, c. *Salvator*, r. q. 3. Nam talis venditio prohibita est intuitu religionis, non quod illa officia sint in se quid spirituale, aut lacrum, sed quia quedam conjunctionem, quam habent cum supellectilibus sacris, rebus & ministeriis Ecclesie.

3. Acceptio munerum etiam modicorum sponte ac gratis oblatorum ex occasione examinis ad parochiam, ex Conc. Trid. sess. 24. c. 18. Item ex occasione collationis ordinum, tonsuræ, litterarum dilectissimarum, aut testimonialium, ex Trid. Concil. sess. 21. cap. 1. dicit, *ex occasione.* Nam dare, vel accipere aliquid pro hujus demeritis, vel testimonialibus est simoniacum jure divino: cum ista sint actus procedentes a potestate spirituali ordinis & jurisdictionis, proutque spirituales. Subscripito vero eorumdem litterarum, cum sit complementum illarum, est quid spirituale, aut saltem pertinet ad aliquid spirituale, nempe ad actum jurisdictionis. Præterea, quando principale fieri debet gratis, gratia etiam accessorium fieri debet, cum ex regulis juris accessorium sequatur naturam principalis.

Quest. VI. An permutatio rerum spiritualium inter se simoniaca est, ideoque illicita?

Resp.

Resp. Neg. Si illa non habeant annexum aliquod temporale commodum, & nullum interveniat pretium: quia nullo jure est vetita. Non jure divino; nam nulla est per se irreverentia, si res sacra cum alia commutetur nullo interveniente pretio, cum utraque fit ejusdem ordinis. Neque jure Ecclesiastico: nam licet in rebus prohibetur generaliter omnino pacto in rebus spiritualibus, hoc intelligitur de iis quibus annexum est aliquid temporale commodum, vel que fit interveniente pretio temporali. Hinc licite duo pacificum mutus preces, manus facillima, mutuum speram sacram, v. gr. me obligo ad celebrandum etiam Missam pro te, ut tu alio die eam pro me celebres.

Quest. VII. An Simonia reus est, qui temporale pro spirituali promittit sine animo implendi?
Resp. Affirmat. Nam talis habet voluntatem accipiendi beneficium per aliquid temporale promissum. Deinde non solum datur, sed etiam promissio in jure prohibetur ut simonica, cap. 13. *de Simon.* Ubi Pontifex declarat, promissionem ipsam continere simoniacum privitatem. Et a Contr. Melphitano, c. 1. dignitate vel officio privantur, quidam, vel promissio, vel pretio, vel servitio *ca. intentione intentio, vel precibus, ecclesiasticam dignitatem affectu vitantur.*

Qui vero sine animo se obligandi promittit temporale pro spirituali, committit grave peccatum saltem in iure deceptionis, scandalum, inductionis & cooperationis ad simoniam mentalem alterius. Item qui rem spirituale sine promittit pro temporali graviter peccat mendacio pernicioso & scandaloso, & irreverentiam insertit rebus sacris, ita illis abutendo.

Quest. VIII. Quale peccatum est Simonia?

Resp. 1. Simonia juris divini est semper per se peccatum mortale. Ita omnes. Constat 1. ex l. 4. Reg. c. 5. ubi Gizez corruptus fuit lepra, quod pecuniam pro curacione lepræ per miraculum facta accepisset. Et ex act. 8. *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia donum Dei existimasti pecunia possideri.* Penitentiam age ab hac nequitia tua. Et Meth. 10. *Gratis accepistis, gratis date.* 2. Quia est gravis irreverentia in rem sacram, & consequenter in Deum ejus auctorem, dum tamquam profana & temporalis commutatur pretio temporali, eique æquatur saltem factio; & sicut res infima, venalis, profana, & temporalis tractatur ac deprimitur. Unde simonia in jure canonico vocatur execrabilis flagitium, detestabile scelus. Nec potest esse venalis ex levitate materie, seu rei spiritualis, cum nulla sit que non sit res gravis momenti in se & inestimabilis pretio, upone ordinis superioris, & ordinata ad supernaturalium Dei possessionem; neque etiam ratione rei temporalis pro spirituali dante: nam quo vilior est res illa temporalis, eo magis est rei spiritualis vilipendendum.

Hinc infert Suarez, esse mortale emere vel vendere unam Salutationem Anglicam, vel unam *Ad. g. Dei.*

Videtur autem esse peccatum non solum contra religionem, sed etiam contra Justitiam; nam iniquam est vendere rem suo dominio non subjectam contra voluntatem Domini, qui gratis dare iussit, & pretio commutare id quod pretio commutari nequit, nec pretio estimabile est. Item est contra fi-

dem, si simoniaci patet rem spirituale esse venalem.

Resp. 2. Simonia juris Ecclesiastici est etiam mortale peccatum contra religionem, cum fit graviter prohibita ex motivo religionis, seu inculture reverentia rebus sacris conservanda; ut constat ex jure canonico, & præmis gravissimis perinde contra illam ac contra simoniam juris divini laici. Et quia, ut ait Suarez, est evidens quod est gravitatis juria juris naturalis, ideoque ejusdem rationis est jure positivo, & opponitur honestati ejusdem virtutis. Speciebus quippe tam virtutis quam precepti ex objecto & motivo funtitur, ac prout præcepta, licet quoad efficientes causas diversa, sunt ejusdem speciei, si habeant eundem objectum & motum; & consequenter eorum transgressiones erunt ejusdem speciei. Est quoque contra justitiam defectu tituli, & materie legitime: unde omnes actus simoniaci sunt iniuri & obligant ad restitutionem.

Porro quævis simonia est species quædam sacrilegii, cum fit indigna tractatio rei sacre; nam per simoniam res sacra tamquam profana a temporali tractatur: ideoque irreverenter ac indignè.

Quest. IX. An licet emere, vel vendere temporale spirituali annexum?

Resp. 1. Quod est quovis modo annexum spirituali, nunquam potest emi aut vendi rebus spiritualibus. Patet 1. nam tunc spirituale pretio estimaretur, & vendideretur. Hinc non licet plus vendatur, & vendideretur, quam si non esset consecratum, vel fundum ob jus Patronatus. Item non potest res sacra elocari, neque ob usum rei sacre, quia usus rei sacre non potest vendi, cum fit sacre, & quid spirituale: neque ob usum profanum, cum res sacra non possit adhiberi ad usus profanos.

Resp. 2. Temporale antecedenter, annexum spirituali, seu cui spirituale postea adventit, in fundis sui potest accedere jus Patronatus, vas quoque postea consecratum, scilicet Ecclesie prohibitione, licite emi ac vendi potest ratione temporalis materie, antequam, modo non vendatur carius ob spirituale annexum, quam fise illo valeat. Quia res illa retinet suum valorem in seipsum, nec ita dependet a re spirituali, ut ea vendita hæc censetur vendi. Si vendi possunt calices consecrati ad subvendendum necessitati pauperum, & fundus, cui annexum est jus Patronatus, quod tunc concomitantur transferatur, sed non venditur, cum postquam soli fundo respondeat.

Porro prohibetur venditio Ecclesie, c. 15. *de Simonia.*

Resp. 3. Vendi nequeunt concomitantur annexa spirituali, & que sunt ei intrinsicæ, nisi per se conjuncta; ut opera, seu labor necessarius ad exercendam functionem sacram, v. g. Missam, conscientiam &c. Ita committitur. Quia 1. Labor & opera cum sint intrinsece actus spirituali, & ab ea inseparabilia, vendi non possunt, quin actus spiritualis vendatur. 2. Labor necessarius ad aliquam actionem coalescit cum ea in unum opus morale, & sic conditionem ejus accipit. 3. In nullo opere labor est dignus pretio distincto ab ipso opere, si ve labor operi intrinsece nullam aliam estimationem habet præter ipsum opus: nam labor solum appetibilis est, & qua

& pariter ob opus. Ergo sicut actio sacra non est pretio estimabilis, ita nec labor ei conjungitur. Præterea hoc ipso quod Christus præcepit, ut spiritualia gratis darentur, justum est gratis dari id omne, sine quo spiritualia dari nequeunt.

Item opus & actiones, quæ per se necessariae sunt ad functionem sacram, prout ab hominibus exerceri possent, non possunt vendi nec pretio estimari, ut studium, preparatio ad concionem &c. Quia omnes illæ actiones & opera non habent estimationem nec utilitatem nisi ratione operis spiritualis, ad quod ordinantur; & proinde si venderentur, spirituale censeretur vendi. Ita Suarez. Secus, si labor, fatigatio, vel aliæ actiones sint spiritualis extrinseca, & per accidens adjuncta, ut fatigatio longioris itineris ad celebrandum Missam in loco distito: nam hæc nil includunt spirituale, & ab eo sunt separabilia, & aliunde sunt pretio estimabilia.

Resp. 4. Temporale consequenter annexum spirituali, hoc est, quod præsupponit rem spirituales, & ab illa dependet, vendi non potest sine simonia; quia non potest acquiri nisi ratione spiritualis, nec vendi nisi vendatur spirituale præsuppositum. Præterea quod est annexum consequenter spirituali, ipsum spirituale supponit, & se habet velut eius accessorium, ac accessorium naturam principalis loquitur, ex regul. jur. 4. in §. *accessorium naturam sequi congruit principali*. Ergo cum principale vendi nequeat sine simonia, ita nec accessorium. Quare simoniacum est vendere vel emere jus percipiendi redditus ecclesiasticos, annexum officio spirituali, aut jus vivendi de bonis Monasterii annexum professioni.

Quest. X. An licet dare vel accipere temporale ob functionem aliquam spirituales: v. gr. Missam, concionem &c.?

Resp. 1. Certum est non licere dare vel accipere temporale præterea quam ob aliquam functionem spirituales, vel labore ei intrinseco, nam hoc est simoniacum jure divino. Item non potest accipi pretium præterea quam ob obligatione ad spiritualia præstanda: quia obligatio ad spirituale est quid spirituali annexum, & ad illud per se ordinatur, sicutque estimationem ab illo accipit. Hinc Cantorius condidit, & Musæus non licet spondium accipere, ut pretium sui obsequii, sed solum titulo sustentationis honestæ: nam coram officium ordinatur ad cultum divinum, nempe, ad laudes Dei canendas, & fidelium devotionem excitandam.

Resp. 2. Licet temporale dare & accipere per modum sustentationis cum obligatione, ut fiat spirituale, v. gr. celebratur Missæ, administratur Sacramenta. Quia 1. ita habet præxipit receptæ in Ecclesia; 2. Concilium Constantiense, sess. 8. damnavit hunc articulum Wiclei: *Omnes sunt simoniaci, qui de obligati orare pro aliis, eis in temporalibus subvenientibus*. 3. Tunc datur solum pecunia ad sustentationem Ministris sub conditione spirituale præstandi, non ut ejus pretium. Ad sic dare, ideoque accipere licitum est, immo & justum: nam ipsi ministrant populo spiritualia, debetur ex iusti sustentatio; *Dignus est enim operarius cibo suo*. Mat. 10. Et vero naturalis iustitia exigit, ut qui in alterius gratiam, & commodum occupatus est, se privat facultate vacandi rei sibi liberæ, sufficiens sustentatio spectato statu persone suppe-

ditetur, ex 1. Cor. 9. *Quis militat suis stipendiis usquam? &c.* Nihilominus ea gratis ministrant, quia non exigunt quidquam tamquam ministerii pretium, hoc enim tamquam majus omni pretio gratis præstant. Sed ut hoc gratis præstent, requirunt necessariam sustentationem a populo, & licite exigunt id quod auctoritate publica, vel consuetudine approbata constitutum est in sustentationem Ministris. Unde licet accipere aliquid pro sustentatione secundum approbatam consuetudinem ad Missas pro aliquo celebrandas, ad conciones non debitas ex officio &c. Immo gratia spiritualibus prius exhibitis, licite possunt suscipere & consuetæ oblationes, & quicumque alii proventus exigi a non venientibus & valentibus solvere, auctoritate Superioris interveniente, ait S. Th. 2. 2. q. 100. art. 2.

Non licet tamen quidquam exigere etiam a divitibus titulo sustentationis ad sepulchra, exequias, benedictiones nonventium, administrationem Sacramentorum &c. per horum spiritualium subtractionem. Nam hoc graviter prohibent Canon. Gener. Later. II. cap. 7. & Later. IV. c. 66. *Hoc enim habet quaedam venditionis speciem*, ait S. Th. supra.

Nota. Refert P. a Breno, atque ex aliis, fide dignis auctoribus accepimus, Orientales Mithumetæ Imperio subiectos inopia pressos, pro sacramentorum administratione quidquam accipere, quod electoribus, ut decimarum, quæ ipsis debeantur, nomine honestate solent. Ut autem omnium avaritiam ac simoniam speciem Episcopi, & Missionarii eis penitus amovere studeant, animadvertendum duximus; Primum antiquis Ecclesiæ Orientalis Canonibus sub gravissimis penis prohibuitur esse, ne venales gratias in venditionem deducatur, can. 29. Apost. Canon. 1. Chal. Et can. 5. septimæ Synodi Generalis. Deinde ad Orientales etiam pertinere Canones in Conciliis Lateranensibus conditos supra ab Auctore citatos, ac Pontificias Constitutiones, quæ omnibus & singulis Ecclesiæ ministris quidquam ob Sacramentorum administrationem accipere & recipere prohibent, ac Simoniacum esse decernunt quidquid præsumptionem secum ferat venditionis rei spiritualis, seu verius animum illam tradendum. Liqueat id eis, que in appendice ad tractatum de Legibus explicavi. Præsumptio autem venditionis rei spiritualis, seu verius præsumptio animi lucrificandi ex administratione rei spiritualis in eis manifeste apparet, qui ita pro Sacramento administratione pecuniam, vel rem aliam exigunt, ut si non detur, administratione nolint: habet enim id quædam venditionis speciem, ut S. Thom. notavit. Denique ex Const. S. M. Bened. XIV. incipiunt. *Apostolica Prædecessorum*, quæ approbat canon Synodi Nationalis a Maronitis in Monte Libano celebrata anno 1736. quo cavetur ne Patriarcha quidquam exigat a Parochis alique in Sacrorum Sacramentorum distributione, clare intelligimus, que fit hæc de re Apostolice Sedis sententia: & qua cura factis ministris laborandum sit, ut huiusmodi penitus tollatur abusus. In eæ itaque P. primo, Apostolice Sedis fidei iudicium ac providentiam in eo maxime pro commendari dicitur: quia ut ab Ecclesiastico ordine omnis vel minima avaritiæ suspicio, aut Simoniacæ labis species, in eis præstent, que ad Sacramentorum administrationem spectant, penitus amoveantur, inhibendum fuit, ne pro passis, vel aliquibus consuetudinibus

mi obtentur, in illi, que Sacramenta respiciunt, etiam a sponte dantibus, non secus de voluntarie antiquitus præbati oblationes, quidam directe vel indirecte accipiatur, aut exigatur. Secundo laudantur Maronite Antiquitates, quod oblationes pecuniarias, aliisque tempore & occasione sacrorum celebrum distributionis fieri consueverat, tamquam Canonibus contrarias, omnino tollendas, a Canone, quem sese confirmat, constituerunt. Tertio declarat, oblationes in sacrorum oleorum distributione ante factas ab omni simoniacæ labis pravitate, & turpi avaritiæ questu fuisse immunes, veritaturque ne in posterum a quocumque simonia & avaritiæ infunderent. Quarto præcipitur in virtute sanctæ obedientiæ, ut singulis anni die Dominica infra octavam Sollemnitatis B. M. V. immaculata in calum Assumptæ, in perpetuum Patriarche pro tempore existenti antedictis pecuniarias oblationes sub nomine caritativè subsidii Parochi, Monasteriorumque Superioris contribui & solvantur; iubeturque, ut Patriarchæ opportuno tempore sacra olea gratis annuo transmittat, sive distribuat, & nihil penitus, vel pecunie, vel alterius cuiusque rei, etiam a sponte dantibus recipiat, aut exigat. Atque hinc patet, non esse immulandum avaritiæ & simoniæ Orientales, qui inopia pressi occasione administrationis Sacramentorum elemosynam, five caritativum subsidium, ad eorum sustentationem necessarium, recipiant; id vero esse contra sacros Canones, quia ad removendam omnem avaritiæ & simoniæ suspensionem, hoc quoque Ministris procurandum est, & ut ad Maronitarum exemplum, juxta præscriptum citatis Constitutionibus, non occasione administrationis Sacramentorum, sed alio tempore opportuno, Parochiis, aliisque Sacerdotibus Sacramenta Fidelibus ministrantibus, caritative subsidia tribuantur, juxta decretum, quod sequitur: *Proposito dicitur a Cyrillo Patriarcha Greco Antiocheno, ut declarantur, & decernantur, quid orator ex administratione Sacramentorum, & collatione ordinum promotione sui ipsius sustentatione, ac sua Sedis conversatione, nec non præstibus Turcarum Imperatoris solvendi recipere possit citra simoniæ labem, Sanctissimus D. N. Papa Clemens XI. auditis votis Eminentissimorum Cardin. Supr. Inquisit. die 2. Julii 1718. respondit: Nihil recipi posse ex administratione Sacramentorum, & collatione Ordinum, & pro congrua sustentatione, quatenus illam non habeat, orator statim juris remediis ad formam sacrorum Canonum, ita tamen ut solutio, seu exactio nunquam fiat tempore, vel occasione administrationis Sacramentorum. Licet autem non possint Parochi aliquid etiam a sponte dantibus pro administratione Sacramentorum accipere, possunt tamen per elemosynam, quod sponte offeratur, accipere, ex Decr. Sac. Cong. Conc. 1. Febr. 1593.*

Sed an est simonia vendere sepulchrum? Resp. Est simonia juris divini, si vendatur locus sepulture, quatenus est sacer, seu ratione benedictionis: nam sic spectatus est aliquid sacrum. Item si quid detur pro sepelendis mortuis, ex cap. 9. de Simoniæ ex Concil. Gener. Later. Nam hæc est fundatio sacra.

Est autem simonia juris ecclesiastici, si vendatur sepultura ratione materiæ, seu pro ipsa terra. Nam hoc ab Ecclesiæ prohibuitur est ex motivo religionis,

& reverentia erga rem sacram, namque benedictionem annexam terre sepulture, atque ad vitandum periculum & suspensionem simoniæ, ex c. 4. de Simoniæ. Ec. 23. de sepulture, ubi Innoc. III. sic ait: *Abolenda consuetudinis pervertitur apud Montempeffanum (ut dicitur) inolevit, ut decemibus non prius permitteretur ejusdem sepulchrum, quam pro terra, in qua sepelendi sunt, certum pretium Ecclesiæ performeretur. Et infra: Mandamus, quatenus, cum loci Diocesanus existat, inhiberi Gregorius, ne quidquam omnino præsumat exigere hæc de causa.*

Dicitur. Ergo illicite est confectum, quæ in multis locis invaluit, ubi venditur certus locus cœmentit, vel Ecclesiæ ad sepulchrum perpetuum familiaris, & hereditum.

Resp. Multi hoc excusant, quia non venditur sepultura nequidem ratione terre: sed exigitur pretium ratione oneris, quod suscipitur, alios ibi non sepelendi; quod omnis censent esse pretio estimabile, eo quod vi illius conventionis talis locus non sit amplius juris communis, sed privati.

Quest. I. An est simonia saltem mentali præstare aliquid spirituale principaliter propter temporale taxatum vel sponte oblatum, v. gr. recitare officium principaliter propter restitutionem &c.?

Resp. Affirm. Ita multi, præsertim Canonistæ. Quia intentio principalis obtinendi temporale per spirituale tamquam per medium, est simoniaca: nam sine temporale moraliter loquendo se habet æquivalenter ut pretium, & expeditur loco spiritualis. Deinde ratio simoniæ in hoc præcipue consistit, quod morali agendi modo rei spiritualis temporali æquetur, aut possitatur; quod fit, dum spirituale propter temporale principaliter præstatur. Unde S. Antonius 2. par. tit. 3. cap. 1. afferit esse mortale, querere, ut appeteret beneficia curata principaliter, propter honorem, & divitias, quæ ex eis percipiuntur. Et S. Th. quodlibet. 4. qu. 6. art. 1. ait: *Si huiusmodi retributiones recipit quæ sunt operis sui principaliter intentum, simoniam committit, & ita moraliter peccat. Si autem habeat principalem finem Deum in tali actu, ad ejusmodi autem retributiones respicit secundario, non quasi in finem, sed sicut in id quod est necessarium ad suam sustentationem, constat quod non vendit aliquid spirituale, & ita simoniam non committit, nec peccat.*

Porro distributiones quotidiane institute sunt ut Clericorum negligentia in horis sollemniter perfolvendis eorum privatione multaretur, & hujus penæ metu impediatur: unde se habent ut removens impedimentum, non ut motivum perfolvendi officium.

Quest. XII. An est simonia dare, vel accipere pretium pro omissione actus spiritualis?

Resp. Affirm. Si omnino moraliter censeatur procedere a potestate spirituali, & habeat effectum mortalem, ex c. 14. de Simoniæ. Nam tunc talis omnino est revera quidam usus potestatis spiritualis, ideoque nullo pretio estimabilis ac comparabilis: ut si finititas abolere a censura, vel a peccatis post auditam confessionem, vel si pacificari ut non eligat alterum nam ligatum detineret, vel aliquem rejiceret ex executionem spiritualis potestatis, & proinde invendibile. Si vero omnino actus spiritualis non censeatur in æstima-

atione prudenti exercitium potestatis spiritualis, neque inuito rei spiritualis trimeretur, multi docent non esse finoniam, sed rebus licetum, aut iniustitiam, si actus erat iure debitus; nam talis officium non est exercitium iurisdictionis, sed est dumtaxat voluntarium non usus illius, seu potius voluntarius & naturalis usus libertatis. Est tamen in hoc quodam turpitudine finoniam affinis, inquit Lestius, quia tacite indicatur actum spirituale esse venditulum, quod in eius iniuriam credit; si enim est estimabile pretio ipsum non fieri, etiam estimabile pretio videtur ipsum fieri.

Quest. XIII. *Quid committitur finonia in materia beneficii?*

Resp. 1. Simonia divini est promittere, dare vel accipere aliquid pretio estimabile pro collatione, electione, presentatione, confirmatione ad beneficium, & generaliter pro quavis actione, qua jus etiam inchoatum ad illud acquiritur, vel quo dubium confirmatur. Quia tunc res spiritualis commutatur cum temporalis, & per temporale acquiritur spirituale: illae enim actiones sunt spirituales ab respectu, quem habent ad spirituale, & procedunt a potestate spirituali. Hinc finonia est pensio super beneficio dare, vel promittere mutuum; nam licet mutatio fiat ex natura sua gratuita, tamen ea ex oritur mutuario commodum temporale. Immo finoniam est aliquid exigere pro immisione, seu introductione in possessionem beneficii, vel installatione, ex cap. 9. & 36. de Simon. Nam per hoc acquiritur ius quoddam spirituale, nempe administratio, aut saltem aliquid connexum cum exercitio iuris spiritualis.

Item finonia est dare vel promittere aliquid alteri, ut per se vel per alium oblectet, aut curet ut deus beneficium, cap. 1. Praesentium, l. q. 5. quia munere temporali intenditur oblectio beneficii, & paratur via ad beneficium, eoque medio comparatur. Nec refert quod intercessio sit tantum mediata, cum idem sit effectus & finis, & respicit spirituale per temporale acquiritur. Praeterea oblectio etiam mediata est causa moralis concessio beneficii: Ergo haec causam emens, emittit virtutem effectum ab illa manentem.

Resp. 2. Simonia est & nulla saltem iure Ecclesiastico, non solum permutatio beneficiorum, & cuiuslibet iuris beneficia spectantis, sed etiam omnis in beneficiis conventio, pactio, vel conditio, quae obligat ad id, quod non est iure debitum, si fiat privata auctoritate. Item resignatio sub conditione, pacto, vel onere, quod de iure non inest beneficio, facta sine auctoritate Papae, ex c. 2. de Simon. & ex c. 5. de rebus permut. ubi generaliter tenet, quod commutationes praebendarum de iure fieri non possunt, praesentem conditionem, quae circa spiritualia, vel connexa spiritualibus habent semper continet finoniam. Et capitulum de pactis: *Pactiones factae a vobis pro quibusdam spiritualibus obinendis: cum in his iuramento omnis pactio, omnisque conventio debeat omnino cessare, nullius penitus sunt momenti.*

Ratio legis est, quia in pactione & commutatione rei spiritualis, cum temporale commodum adnectitur, periculum est ne id fiat inuito rei temporalis. Est autem finonia iuris divini spirituale pro temporali est annexo spirituali emere & venderi, vel spiri-

tuale intendere, dare aut accipere principaliter ob temporale est spirituali annexum. Resignatio vero in favorem prohibita est tum ad tollendam omnem speciem haereditatis in beneficiis, tum propter periculum ne id fiat ex aliquo motivo temporali, tum ne per hoc adimatur collatori libertas dandi beneficia iis, quos magis idoneos censuerit.

Hinc 1. Simonia est & nulla omnino transactio, cessio beneficii, vel iuris etiam dabit circa beneficium non gratuita, propria auctoritate facta, c. 8. de transact. Item pactio ad impediendum, vel dirimendum litem super beneficio, si fiat ut unus litigantium cedat iuri suo pro pecunia, & alteri beneficium pacificum relinquat: nam in ea permutat spirituale pro temporali, compendando spirituale per temporale. Vel unus desistat, modo alter solvat impensas factas, c. 4. de pactis. Nam haec impensarum solutio, vel habet rationem pretii pro ademptione beneficii, cum non fuerit facta in gratiam alterius, vel saltem suspecta est inter privatos.

Licet tamen inter litigantes sit compositio per sententiam Iudicis ordinarii vel delegati, vel etiam arbitratorum ecclesiasticorum a Superiore deputatorum pro inveniendis concordia, qui accedente partium consensu & compromisso, ad iudicium beneficium illi, cuius ius est probabilis, eique imponant pensionem, alteri pecuniam certam, non in compensationem iuris, sed ob bonum temporale pacis, & ut lite recedat, c. 2. de arbit. Potest etiam in hoc casu ei, cui beneficium adjudicatur, imponi per solvenda annua pensio, imposita non beneficio sed beneficiario, & ad huius vitam, c. 21. de praesent. Sed haec compositio facta, privata partium auctoritate, etiam sub conditione, ut approbetur a Superiore, est finonica, nec potest a Superiore approbari, ex eod. cap. Quia tunc praesumitur dari temporale pro spirituali ob utilitatem contententium. At cum ea sit iudicis compositio, non idem praesumitur: nam iudex censetur intendere dumtaxat bonum pacis & concordiae. Nec obstat quod volentes permutare possint pacifici de modo sub conditione, si Superior approbet: quia in tali casu est specialis prohibitio.

2. Simoniacum est pactum reparandi Ecclesiam, dandi aliquid fabricae, vel pauperibus &c. ad obtinendum beneficium, c. Ex militi, l. 1. q. 3. Nam licet haec sint pia opera, habent tamen materiam temporalem pretio estimabilem. Praeterea est onus, quod iure non inest beneficio.

3. In permutatione committitur finonia, non solum si beneficia permutentur sine auctoritate Ordinarii, sed etiam si permutantes compentent auctoritate propria inaequalitatem fructuum pecuniae vel pensionis: aut si unus illorum alteri imponat aliquod onus, quod fit praeter naturam permutationis, v. gr. omnes sumptus solvendas. Item si permutentur iura quilibet ad beneficia, vel actiones ad illa pertinentes, ut si unus cedat sine presentatione, ut alter sibi conferat aliam: si ita pacantur; Tunc, vel praesentia hunc ad hoc beneficium, & ego eligam, vel praesentabo te ad illum ad illud: Do tibi meum usufructum in hac electione, & tu dabis mihi tuum in alia: Te praesentabo, eligam, si mihi vel meo nepoti beneficium regnes &c. Nam omnia pacta in hac materia generaliter prohibentur, eo quod haec actiones spirituales habeantur, & fiat ut via ad medium ad temporale annexum spirituali.

Hinc

Hanc doctrinam extendit Suarez ad omnia spiritualia, quae habent temporale annexum contingenter, etiam si proprie & in rigore non sunt beneficia, qualis est Vicaria amovibilis ad numerum quia eadem est ratio malitiae, periculi, & prohibitionis; tum quia cap. 7. tit. de rebus permut. venantur omnia pacta generatim circa spiritualia & connexa spiritualibus. Idem dicit de Praetura religiosorum licet non perpetua ex dict. cap. quia Praeturae illae sunt quid spirituale annexum habens administrationem rerum temporalium. Hinc graviter peccant duo religiosi sic paciscentes: Suffraganeus mihi ut sum Provincialis, & tibi suffraganeus ut sis Prior, & ex c. 22. de Simon.

4. Simonica est omnis resignatio in favorem alterius, vel cum reservatione pensionis, facta sine auctoritate Papae, ex tit. Ut Ecclesiastica beneficia sine damnatione conferantur. Et constat ex iur. & praxi Ecclesiae, & ita declaravit Conc. Rom. an. 1582. & Bituric. an. 1584.

Sed an in beneficiis conventio de remuneratione qualibet gratuita, seu obligatione dandi aliquid ex gratitudine, seu temporale pro spirituali, est vera finonia.

Resp. Affirm. Tum quia omnis conventio seu pactio in hac materia prohibita est ut finonica. Tum quia haec conventio ex se parit novam obligationem fidelitatis & iustitiae pretio estimabilem, obligationi gratitudinis superadditam: alioqui frustra fieret, & nunquam exigetur: unde postea hac pactione, si non detur id de quo conventum est, alter conquiretur tanquam de iniuria sibi facta, & de fide non servata, quod seculi conventio non fieret. Proindeque tunc datus non est gratuita, sed onerosa & reciproca, sique contractus, Do ut des, vel Do ut facias: Suarez, Layman, & alii communiter.

Nota 2. Praebende Canonissarum sunt materia finoniam, ut resolvit Sac. Congr. Card. an. 1691. Nam videtur esse vera beneficia, licet non clericalia: sunt enim ius perpetuum, auctoritate Ecclesiae constitutum seu approbatum, percipiendi fructus ex bonis ecclesiasticis, seu Deo dicitis, propter officium spiritualis.

Nata 2. Ex extrav. Ambrosio, non licet locare fructus beneficii vel Monasterii ultra triennium. Sed iuxta multos haec restrictio non est in plerisque locis recepta, proinde dicunt posse locari etiam ad tempus vice beneficii. Porro id non fuit prohibitum ob periculum finoniam, sed ne per huiusmodi locationem seu alienationem noceretur Ecclesiae, & successoribus.

Quest. XIV. *An est finonia dare vel procurare beneficium ratione consanguinitatis?*

Resp. Cum S. Th. 2. 2. q. 100. art. 5. ad 2. Si aliquis aliquid spirituale alicui conferat gratis propter consanguinitatem, vel quamcumque carnalem affectionem, est quidem illicita & carnalis collatio, non tamen finonica, quia nihil ibi accipitur. Unde hoc non pertinet ad contractum temporis & venditionis, in quo fundatur finonia. At finonia est si conferas, vel procures beneficium consanguineo aut affini, ut inde honorator vel potentior, vel opulentior fiat, aut tua familia. Item si beneficium procures extraneo ut consulat tuis consanguineis, aut affinibus. Nam tunc datur

Antoine Theol. Moral. Tom. II. P. I.

spirituale inuito commodi temporali percipiendi. Ita S. Th. in 4. dist. 26. q. 2. ad 7. ubi ait: *Quidam ratione consanguinitatis praebendam, si intendit aliquid bonum in seipsum reducant, sic, quod magnificetur per hoc, & nobilitetur domus sua: vel quod ipse in consanguineis sit fortior, & se ipse aliquid accipere sperat, pro quo spiritualia dat, finoniam committit.*

Quest. XV. *An est finonia conferre, vel praestare ad beneficium & commendationem amici?*

Resp. Affirm. Si favor favoris in eo principaliter intendatur; nam talis favor pretio estimabilis est. Ita S. Th. 2. 2. q. 100. art. 5. ad 3. libi: *Monus a lingua dicitur vel ipsa laus, permissum ad favorem precis, ex quibus acquiritur favor humanus, vel rem humanam, qui sub pretio datus, vel etiam precibus, ex quibus acquiritur favor humanus, vel contrarium videtur. Et ideo si aliquis ad hoc principaliter intendat, finoniam committit. Videtur autem ad hoc principaliter intendere, qui precibus pro indigno portibus exaudiat: unde ipsum factum est finoniam cum. Si autem precibus pro digno porrigantur, ipsum factum non est finoniam; quia subest debita causa, ex qua illi, pro quo precibus porriguntur, spirituale aliquid conferatur. Tamen potest esse finonia in intentione, si non attendatur ad dignitatem persone sed ad favorem humanum.*

Quest. XVI. *An licet emere vel redimere pensionem?*

Resp. Ex communi sententia, finonia est emere vel vendere pensionem assignatam pro aliquo officio spirituali, v. gr. pro Adjutore Episcopi, Concionatore &c. quia haec fundatur in ministerio spirituali, nec nisi ratione illius potest quis ius ad illam habere. Unde non potest vendi quia vendatur ministerium spirituale in quo fundatur. Neque licet emi redimere, quia non potest extrinsece obligatio ad tale ministerium spirituale, cum hoc debeat remanere. Item finonia est iuris divini, non temporale, unde alias pensiones, quae soli Clerico conceduntur, sive in sustentationem, sive ad litem componendam, aut fructum inaequalitatem compendendam in beneficiis: quia sunt annexae titulo, & officio spirituali, scilicet recitandi officium D. V. impositum a Pio V. ita ut qui illud omittit, redditus amittat: & sic non solum requirunt statum clericalem, sed etiam hoc officium spirituale, ratione cuius acquiritur ius ad illos redditus. Quare jam pensiones illae quae quidam spirituales constants ex illa obligatione spirituali, & iure ad temporalia est annexa: sive nil aliud sunt, quam ius percipiendi fructus ecclesiasticos medio officio spirituali. Cum autem hoc officium sit invendibile, ita & ius percipiendi fructus illos ab illo est inseparabile. Neque haec pensiones reddunt possit, nisi tollatur spirituale, quod tolli non potest nisi a Papa, a quo constitutum est. Ita Suarez, Reginaldus, & alii. Scus de laicali pensione, quia talis pensio est quid mere temporale, cum non fundetur in titulo spirituali, nec est annexa fiti officio spirituali, nec ad eam ordinatur, sique separata a titulo spirituali.

Quest. XVII. *An redemptio vexationis licita est in beneficiis?*

Resp. 1. Simonia est redimere vexationem, seu oppositionem non iniustam ad obtinendum beneficium, v. gr. dare pecuniam alteri ne defertum tuum collator detegat, ne pro alio oblectet, ne habens ius

ur

atque probabile item moveat vel moram prosequatur, ne doctor ad concursum cum aliis conueniat, ut competitor a pretensione iusta distilcat &c. Ita omnes, *tepe Suarez*. Quia via ad beneficium per pecuniam directe paratur, & media re temporali acquiretur spirituale. Et licet redimimus non det pretium immediate pro re spiritali, tamen mediae uult acquirere ius spirituale mediante pecunia, quod est emere illud. Et quamuis iam haberes ius ali-quod ad illud, tamen cum vexatio est iusta, eo ipso ius non est omnino firmum, & sic pretio emeretur ius firmum, quod antea non habebatur, quod est saltem ex parte emere ius spirituale. Immo ex communi sententia, quando ius in re non duntaxat acquiritur, aut necdum plenum, non licet redimere vexationem iniustam ab us, qui ad beneficium iurare possunt, neque ius ad quos spectat eligere, conferre, instituire, confirmare, presentare &c. ex e. 23. de Simon. quia per pecuniam acquireretur res spiritalis, aut saltem ius in re firmum, quod antea non habebatur; quod est emere spirituale; ut si elector uelit eligere indignum ut impediat, esset simonia date ei pecuniam, ne sic impediat.

Licet tamen vexationem iniquam redimere ab iis, qui solum impedire possunt, non uero iurare. Quia hac redemptione solum reuocatur impedimentum iniuste appositum, nec prouide uia ad beneficium paratur magis, quam parata esset ante iniustam impedimentorum positionem. Hinc licet Clerico pecunia impedire calumnias, quibus aliqui impetretur apud collatores.

Resp. 1. Habentis ius in re acquiritur in beneficio plenum ac certum, licet pretio, non tamen re spiritali, vexationem iniustam redimere, & impedimentum iniuste remouere, ex e. 28. de Simon. quia tunc non datur pretium pro re spiritali, cum hec habeatur iam acquisita, sed solum pro liberatione ab iniuria, que est quid temporale, & nil acquiritur de nouo. Quare vexans, qui pretium recipit per cessatione ab iniuria, non est simoniacus, cum nil recipiat pro re spiritali; sed est solum iniustus, & tenetur ad restitutionem, cum sine iusto titulo accepta possideat: nam alter sponte ac liberaliter non dat, sed per injuriam coactus.

An uero iam confirmato uel instituto licet pretio redimere vexationem, quia iniuste impeditur a possessione capiendi; conuertiuntur. Alii negant, quia possessio est aliquid spirituale, uel spiritali annexum, cum per illam obtineatur exercitium functionum seu actuum spiritalium. Alii assentit licet, quia possessio praece sumpra supposito titulo, est factum quoddam corporale, quod non dat, sed supponit ius spirituale completum. nec est spirituales, nisi ratione tituli, seu iuris, cui annexa est. Ergo acquisito titulo ac iure, pretium non datur pro aliquo spiritali, cum iam habeatur, sed solum ad tollendum iniustam impedimentum possessionis, quod illi titulo per se immediate habita est, & consistit in aliquo facto mere temporali: si secundum se firmatur. Et uero beneficium collatum & acceptatum dat plenum ius in re, ita ut sit ius per se proprius mortuum ante eorum possessionem, beneficium uacet per mortem, quia nempe possessio non addit ius, sed tantum facit ut competat potestas administrandi & percipiendi fructus. Nam uero ex S. Th. 2. 2. q. 100. art. 2. ad 5. *Postquam ius aliqui iam acquisitum est,*

licet per pecuniam iniusta impedimenta remouea.
Resp. 3. Simonia est redimere iustam vexationem post obtentum & possessum beneficium. Ita omnes; *tepe Suarez*. Nam eo ipso quod iusta est vexatio, sequitur quod ius in beneficio non sit omnino firmum, uel auferri possit. Unde tunc datur pretium ad confirmationem & conservationem beneficii. Vel si sit omnino firmum, necesse est ut aliquid crimen sit paratum, propter quod illo effectu beneficio priuandum, & tunc dare pretium ad remouendum illud impedimentum est simonia, quia pretio temporali emeretur conservatio re spiritalis.

Resp. 4. Semper est simoniacum dare spirituale ad redimendam vexationem iniustam, etiam post obtentum beneficium; item dare beneficium cum pacto, ne is, cui datur in posterum uexet uel nocent eam iniuste. Quia tunc spirituale datur pro temporali commodo, seu in compensationem mali temporalis uitandi, quae est quid de se pretio estimabile.

Quaest. XVIII. An est simonia saltem mentali suscipere Ordines, ut beneficium obtineatur principaliter ab eius redditibus.
Resp. affirm. Quia 1. Is re spiritali uiam sibi parat ad bonum temporale principaliter intentum, & ipsum spirituale ut medium ad obtinendum temporale principaliter refert; a quoque ius suo agendi modo temporale spirituale equiparatur, aut etiam profert. 2. Ex Synodo Excelestiensi, ann. 1287. can. 8. *Ad propriam recurram conscientiam quo sine ad Ordines aspirant, an ut Deo & Ecclesiae uirtuosus & gratiosus famuletur, non pro temporali quaerit, nec beneficium a suis ordinariis extorquetis, quoniam tales simoniacos reputantur.* Unde Fagnan. in cap. *Ad nostram*, de elect. ait: *Clericum, qui Ordines suscipit, ut beneficium consequatur, simoniam committere mensalem, quae non obligat ad beneficii dimissionem, sed tantummodo ad satisfaciendum Deo per penitentiam, nisi pactum praeserit.*

Quaest. XIX. An licet dare, uel promittere aliquid temporale alteri, ut faciat aliquid opus salutare in suam utilitatem, u. gr. suscipiat Sacramenta, audiat Sacrum &c.

Resp. 1. Licet dare aliquid temporale absolute alteri, petendo ab illo, ut aliquid spirituale faciat in bonum anime suae, modo nulli imponatur obligatio illud faciendi. Quia tunc est solum donatio liberalis facta ad allicendum alterum ad bonum operis, sine obligatione iurata & pacto oneroso. Item licet aliquid promittere sub conditione. Si sciret hoc opus bonum intendendo spirituale bonum operantis, & se obligando ad handum promissis completa conditione, & non aliter, modo nulli alteri oriatur obligatio, ex e. 2. de condit. ubi approbatur concessio liberatis facta seruo ea conditione, ut Monachus licet, & non aliter. Nam ibi nulla est simonia, sed praecae quaedam opus, quod alteri gratuito offertur in suum solum bonum, ut hoc uel illud eligat pro suo arbitrio.

Resp. 2. Simonia est dare, uel promittere temporale sub pacto & conditione, ut alter utilitatem sit ad faciendum opus salutare in suam utilitatem, ex cap. *Quam pia*, 1. q. 2. quia ibi interuenit pactum onerosum circa spirituale cum pretio, quod in iure prohibetur ut simoniacum, & tunc datur & accipitur pretium pro spiritali. Ita Suarez.

Quaest. XX. An accepta per simoniam restitui debeat?
Resp.

Resp. 1. Beneficia, dignitates, officia, & alia huiusmodi simoniacae accepta, non possunt in conscientia retineri, sed dimitti debeat cum omnibus fructibus, ante omnem sententiam. Constat cum ex consensu Doctorum, & sensu ac uultu Ecclesiae, tum ex e. *Sigasti datus*. Et c. *Et quae*, 1. q. 2. & aliis iuribus citandis. Tum quia sine iusto titulo possidentur; cum omnis collatio, prouisio, & passio simoniacae irrita sit & nulla, saltem iure Ecclesiastico; cap. ult. de pass. & prouide careat omni effectu, nullumque ius tribuat: ut declarauit Martinus V. in Concil. Constantiensi, sess. 43. approbante, ibi: *Electio, populatio, confirmatio, & quacumque provisiones simoniacae Ecclesiarum, Monasteriorum, dignitatum, officiorum & beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque deinceps factae, nulle sint ipso iure, nullumque ius cuiquam acquiratur, nec promoti, confirmati, aut prouisi faciant fructus suos, sed ad illorum restitutionem tamquam iniuste ablata percipientes, teneantur.* Idem declarat Paulus II. in extrag. *Cum detestabile de Simon.* confirmans a Pio V. Et S. Th. 2. 2. q. 100. art. 6. ait: *Nullus potest licite retinere id quod contra uoluntatem domini acquisitum, puta si aliquis dispensatur in rebus domini sui daret aliquid contra uoluntatem, & ordinationem domini sui, ille qui accipere, licite retinere non possit. Dominus autem, cuius Ecclesiarum Praelati sunt dispensatores & ministri ordinant ut in spiritualibus gratis darentur secundum illud Math. 10. *Gratis accepistis, gratis date.* Et ideo qui in spiritualibus interuenit simoniacae quaeumque assueperit, ac licite retinere non potest. Unde quamuis haec irritatio esset tantum de iure Ecclesiastico, ut multi docent, tamen, illa iustitia, obligatio relinquendi beneficium cum omnibus suis fructibus, est de iure diuino naturali, ut recte notat Suarez, & patet: nam iure naturali non licet retinere alienum sine ullo iure ad illud.*

Quod uerum est, etiam si simonia ipso prouisio infuso commissa sit, nisi quis ut eum inhabilem redderet, pecuniam dederit, uel ipse de simonia suspensus, expressè contraxerit, cap. 27. cit. & c. 133. de Simon. Immo si sciens tertium simoniam in procurando tibi beneficio, illud admittit, nulla est tua prouisio, quamuis contraxeris, ut docent Suarez, Reginaldus, Lessius, & alii. Quia accipiendo cooperatus es executioni simoniacae cogitae, nam haec simonia inde accipit suam consummationem, per quam fit realis completa. Item si pecuniam ab alio promissam solueris, uel solutam reddideris: prouisio tua nulla est, quamuis simoniaci contradideris, uel cum ante acceptationem ignoraueris, ex e. *Sicut iuris*, 33. cit. de Simon. Nam consensus coherere simoniaci alterius, etiamque approbare. Et solutio illa pecuniae, & consensus iste est moraliter pars contractus simoniaci: nam mediator promittit pecuniam nomine tuo, & tamquam refundendam a te; ideoque tuus consensus & restitio supponebantur futura. Ergo per tuam resolutionem pecunie completur contractus simoniacus.

Secundum uarios, ignorant simoniam ab alio committam non faret regula Cancellariae, de triennio possessione ad prescriptionem: quia expresse exigitur ut possessio sit *absque simoniacae ingressu*. Sed multi alii docent, eam qui mediante tertio simonia beneficiam accipit, posse illud retinere, si integro

trienio habeat simoniam ignorans, quia illa uerba, *absque simoniacae ingressu*, uidentur in rigore requirere, ut simonia se teneat ex parte ingredientis beneficiaria: nam licet collatio sit simoniacae, ingressus tamen, seu actio, quo prouisus ingreditur, non est simoniacus, esse ipsa panitur, sed actio mediatoris, quae fuit simoniacae; neque haec appellatur stricte ingressus, sed est potius apertio portae ut alter ingredi queat. Ita *Casaliensis, Lessius, Layman, Delugo, afferens hanc esse communem sententiam*, & uero ea referens *Gomez, Rebuffus, & alios*. Verum communi debet uisus Curiae Romanae.

Constat autem eum, qui beneficium per simoniam paratum, uel amicum, licet ignorans, obtinuit, si hanc ante elapsum triennium rescierit, teneri factum illud pure resignare, & omnes fructus perceptos extantes restituere, non tamen eos, quos bona fide consumpsit, cum eos bona fide possiderit. Ita S. Th. q. 100. art. 6. ad 3. Suarez & alii communiter. Nam irritatio fertur a iure in omnem provisionem, & acquisitionem, quae fit per simoniacam labem; nec ad hanc requiritur culpa uel scientia acquirentis aut consentiens, ex e. 33. de Simon.

Porro ad nullitatem provisionis, & beneficii restituitur, quae fructus restituitur obligatiorem, sufficit simonia conventionalis occulta, & mixta seu femoralis, quando nempe beneficium uel officium datum est, nondum dato pretio promisso; tunc enim prouisio & acquisitio est uere simoniacae, ideoque nulla. Nam ex iuribus, ad nullitatem sufficit, quod prouisio fit simoniacae, ut satis patet tum ex Constitutione Martini V. citata, tum ex extrag. *Cum detestabile*, de simonia, ubi Paulus II. sic loquitur: *Per electionem uero, populationem, confirmationem, provisionem seu quasvis alias dispositiones, quas simoniacae contigerit labe feri, & quae uirtus omnino careat in Ecclesiis, Monasteriis, dignitatibus, personarum, officiis Ecclesiasticis, & quibusvis beneficiis, aut aliquo eorum, cuiquam ius nullatenus acquiratur, nec inde faciat aliquis fructus suos, sed ad illorum omnium quae percipi restituerentur sub anima sua periculo sit adscriptus.* Hoc patet etiam ex can. *Et quae*, 1. q. 3. ubi Urbanus II. in Conc. Placentino ait: *Quidquid uel in sacris Ordinibus, uel in Ecclesiasticis rebus, uel data uel promissa pecunia acquisitum est, non irritum esse & nullas unquam uires habere censuimus.* Ubi disiunctiue dicit: *Data uel promissa pecunia.* Ergo ut acquisitio sit irrita, sufficit quod promissa sit pecunia. Praeterea ex iuribus citatis, omnis acquisitio beneficii simoniacae, est ipso facto irrita. Ergo ante solutam pecuniam promissam non ualeat, & nunquam ualeat: nam si ualeat, non esset ipso facto & per se irrita, sed tantum irritaretur ex post facto, nempe quando soluta esset pecunia. Curiae Romanae consensu debet illud esse. Si tamen acceptum sit beneficium nondum dato pretio, hoc non debet solui, quia simonia fuerit realis completa ex utraque parte, & sic contraheret excommunicatio.

Resp. 2. Reliquis factis si uendatur, contractus est nullus, quia non sunt materia uenditionis, cum non sint pretio estimabiles. Quare restituo pretio restitui debeant tamquam sub causa & conditione acquirendi pretii.

Si uero fundus propter ius Patronatus est annexum, uel sacra uasa propter consecrationem carnis

vendantur, contractum esse validum censet Layman: quia spirituale est tantum accessionium his rebus: utile autem per inutile praesertim accessionium vitari non debet: sed restituere debet excessus pretii, utpote sine titulo acceptus.

Resp. 3. Pretium, seu quodvis temporale simoniae acceptum, restitui debet, etiam iure divino naturali. Quia 1. contra jus dantis, & proinde iniuste acceptum est. Nam qui dedit pretium, habet jus ut res spiritualis gratis conferatur sibi, saltem ex hypothese quod datur. Deus dedit omnibus jus res spirituales obtinendi gratis, juxta illud Matt. 16. *Gratit acceptis, & gratis date*, & solum imposuit onus alicui Ministris, juxta modum ab Ecclesia praescriptum. Qui autem dedit temporale, non intendit dare liberaliter, nec transferre dominium, nisi quantum debet, & quantum alter iuste exigere potest, ut patet a simili de usura. Deinde spiritualis res non est materia ventilationis, sed est ex natura sua inveniibilis. Jus autem temporale in re spirituali fundatum vendi nequit, nisi res ipsa spiritualis etiam vendatur, quae tamen inveniibilis est. Unde can. 6. *Si quid datur*, l. q. 2. dicitur: *Rationis ergo vigore cogitur, quod iniuste receperit, restituere*, & quidquid turpi lucri gratia receperit, non tenet. 2. Ecclesiae Ministri sunt tantum dispensatores, non domini rerum spiritualium: unde non possunt illa dispensare, nisi pro voluntate Christi jubentis ut illa gratis concedantur: alioqui non minus iniuste agunt, quam elemosynarius principis, qui pro elemosyna gratis ex voluntate domini danda, aliquid a pauperibus exigeret. Hinc Alexander VII. damnavit hanc propositionem: *Non est contra iustitiam beneficium Ecclesiasticum non conferre gratis, quia collator conferens illa beneficia, pecunia interveniente, non exigit illam pro collatione beneficii, sed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur*. Et vero iniuste exigit, & accipit pretium, qui de suo nil dat pretio estimabile, ut facit conferens beneficium non gratis. Nam fructus ad ipsam non pertinent, sed ad futurum beneficii possessionem: jus vero ad fructus, utpote fundatum in titulo spirituali, non est estimabile pretio temporali, & necessario competit ex iustitia ei, qui habet beneficium; immo est ipsiusmet beneficium. Ergo collator vel patronus iniuste exigit pretium, nec habet titulum iustum accipiendi ac retinendi quidquam, quod omnino sponte ac liberaliter datum non sit.

Resp. 4. Si simonia fit realis in materia beneficii; simoniae accepta debent restituere beneficii; in qua est beneficium, vel pauperibus loci, etiam ante omnem sententiam, ex cap. 12. de Simon. ubi dicitur, temporaria recepta pro dando assensu electionis Ecclesiasticae restituenda esse illi Ecclesiae, cum ea sine gravi saluti periculo retineri non possint. Et est communis sententia. Sed si simonia non fit in beneficii materia, juxta multos accepta restituere debet ei, qui dedit: quia iure naturali res reddi debet ei, qui habet ejus dominium, nisi lex in personam ei reddi vetet. Sed qui dedit simoniae, retinet dominium rei date, cum pacto simonicae fit nulla, nec proinde jus illum transferat, & lex non prohibet reddi, quod simoniae datum est, nisi simonia fuerit realis in beneficio. Nam in cap. cit. ubi pecunia accepta dicitur restituenda esse non aucti, sed Ecclesiae, agitur solum de simonia reali

in beneficio, nec idem illihi statuitur in aliis casibus: unde hac poena, cum sit quod odiosum, non debet extendi ultra casus in lege expressos. Immo cap. 19. de Simon. praecipitur reddi pecuniam ei, qui religionem simoniae fugarit ingressus.

Nota. Qui dant, vel accipiunt, aut promittunt aliquid pro aliqua iustitia, vel gratia apud Sedem Apostolicam obtinenda, incurrunt ipso facto excommunicationem Papae reservatam, & iustitia vel gratia sic obtenta nulla est, quamvis nondum completa sit promissa. Patet ex Extravag. de sententia excom. in 6. innovata per Bullam 24. Greg. XIII. *Sed an simonia mentalis ad restitutionem obligat?*

Resp. Multi negant: & probant 1. Ex c. 26. de Simon. ubi Gregor. IX. ait: *Ad restitutionem spiritualium & temporalium, quae nullo pacto, sed affectu animi procedente, utrinque taliter acquiritur, (in quo casu delinquens sufficit per solam penitentiam suo satisfactorio Creatori) eos pro simonia huiusmodi non tenet*. 2. Ex S. Th. 2. 2. q. 140. art. 6. ad 8. *Quod Deum sola voluntas facit simoniacum, sed quoad poenam ecclesiasticam exteriori non puniuntur nisi simoniacum, ut requiruntur tenentur, sed debet de mala intentione puniri*. 3. Quia sola iniustitia externa seu effectiva inducit obligationem restituendi. At in simonia mentali nulla est iniustitia externa, sed solum affectiva. 4. Dicitur talem esse usum Rote, & Penitentiarie, & addunt Ecclesiam non irritare collationem beneficii, nisi simonia sit externa saltem implicite: nam Ecclesia non puniit actus vere internos.

Quaest. XXI. *Quoniam sunt poena contra simoniacos ipso facto lata?*

Nota 1. Nulla poena ipso iure lata est contra simoniam, nisi ea commissa sit vel in religionis ingressu, aut professione, in ordinatione, aut in beneficio, quo nomine comprehenduntur etiam officia quaelibet jurisdictionem spirituales habentia, ut Provincialium, Prioratus, Guardianarum &c. Extrav. *Cum detestabile*, de simon. Quia in his tribus ob honores, dignitates vel commoda temporalia frequentius committitur, aut saltem minus est periculum illius.

Nota 2. Licet quaelibet simonia etiam mentalis sit grave crimen, tamen consentiunt Doctores, nullam poenam juris contrahi ob simoniam mentalem, quam abique externo pacto expresso vel tacito admittitur, ex cap. 45. de Simon. cit. ubi dicitur de simonia mentalibus *judicare per solam penitentiam suo satisfactorio Creatori*. Neque etiam ob simoniam pure conventionalem, excepta confidentiali; quia iura has poenas statutaria realem rei spiritualis receptionem requirunt, ut constat ex Extrav. 1. & de simon. & ex can. 1. q. 1. & ideo consentiunt etiam nullam poenam contrahi ob simoniam mixtam vel semiralem, quando non fuit tradita res spiritualis, sed solum pretium, seu res temporalis: nam donec res spiritualis acquiratur, & sic quasi contractus, non censetur plene consummata exterioris simonia.

An vero contrahatur poena canonica, si traditur sit beneficium, vel res spiritualis, licet pretium promissum nulla ex parte fuerit solutum, controversatur. Tolerat & alii asserunt, quia licet pretium non sit traditum, simonia tamen videtur completa exterioris, sicut contractus venditionis censetur completus, si res sit tradita, & pretium promissum est

standum solum. Alii nunc communius docent solum simoniam realem utrinque completam traditione rei spiritualis simul & pretii, aut partis pretii inducere poenas juris; tum quia juxta multos hac est praxis Curiae Romanae: tum quia poena juris praesertim graves, imposita pro aliquo actu, intelliguntur de actu perfecte completo, & ex omni parte consummato exterioris cum effectu, nisi lex aliud differre exprimat, aut ex reg. jur. *Odia sunt restringenda*. Quod intellige de poena excommunicationis: nam ad nullitatem provisionis sufficit quod beneficium, vel officium datum sit, nondum dato pretio.

Nota. *Aut partis pretii*. Nam si fuerit soluta tradita, promissi pretii pars aliqua fuerit soluta, tunc secundum omnes contrahitur poena. Quia tum vere spirituale traditum est pro temporali, & vice versa; nec minus completa est simonia, quam si ab initio conventum esset de sola illa minima quantitate.

Resp. 1. Poena simoniae in beneficiis, & officiis spiritualibus sunt, 1. Excommunicatione Papae reservata, quam ipso facto incurrunt, tum qui simoniae eligunt, praesentant, institunt, tum qui sic eligunt, praesentant, instituntur; item medicatores & procuratores simoniae ordinationis, aut collationis beneficii fecerunt, ut parentes, amici, & omnes qui suam operam interponunt, vel pecuniam offerunt, Extravag. 1. *Cum detestabile*, & alibi.

2. Omnis simonica electio, praesentatio, resignatio, provisorio, collatio, irrita est, nullumque jus tribuit; ita ut sic provisorio teneatur ante omnem sententiam beneficium dimittere, & omnes fructus Ecclesiae restituere, cum nullum jus in beneficium acquirat, ibid. & ex Concilio Constantiensi sep. cit. Idque, ut dixi, quamvis simonia sit solum conventionalis mixta.

3. Simonicae electus, vel provisorius, est ipso facto inhabilis ad idem beneficium, nec potest illud ex Episcopi dispensatione obtinere c. 17. de Simon. & c. penult. de elect. ubi excipitur, si sit beneficium simplex, & ipso electo ignorante, nec ratum habente, simonia commissa sit; tunc enim post param resignationem potest Episcopus dispensare. Immo ex Bulla 5. S. Pii V. simoniacus fit etiam inhabilis ad quascunque alias dignitates, & quaecunque alia beneficia obtinenda.

Nota. Has poenas ex communi sententia incurrunt etiam, qui propria auctoritate permittant beneficia, nam in iure dicuntur simoniaci, & vere committunt simoniam juris ecclesiastici. Item simonia realis in praesertim Regularium, ut sunt Prioris, Guardiani, Rectoris, Provincialis &c. Inducit nullitatem actus, obligationem dimittendi Superioris munus, & excommunicationem Papae reservatam: nam sunt officia Ecclesiastica Jurisdictionem habentia, idque statutum expresse a Paulo II. Extravag. *Cum detestabile* de simon. & constat etiam ex Bulla Mariani V. sup. cit.

Resp. 2. Poena simoniae confidentialis ex Bulla 85. Pii IV. & Bulla etiam 85. Pii V. sunt, 1. Excommunicatione Papae reservata contra utrumque contractum, si sint inferiores Episcopi; nam hi incurrunt solum interdictum ab ingressu Ecclesiae. 2. Privatio beneficii pro confidentialium obtenti, & quidem ante omnem sententiam, cum ejus collatio nulla sit. 3. Inhabilitas ad idem beneficium, & ad alia acquirenda. 4. Privatio beneficiorum, aucta legitime

possessorum, & pensionum prius obtentorum, non tamen juxta multos ante sententiam iudicis declarationis cum iusto titulo possidentur; & dicunt ita usum receptum esse. 5. Beneficia pro confidentialium collata & accepta, reservata sunt Papae: quare resignari non possunt in manu ordinario, nec ab illi conferri. Insuper fructus beneficiorum pro confidentialium acquiruntur, & pensionum sic constitutarum reservantur Camerae Apostolicae. Sed haec reservatio in Gallia non observatur.

Nota 2. Ut contrahatur haec poena, requiritur ut datum fit & acceptum beneficium ut patet; ex his verbis Bullae Pii IV. *Omnes & singulos, qui beneficia, vel pensiones hoc intercedente vicio acciperunt*. Non tamen necesse est, ut qui beneficium accepit, promissionem suam impleverit: hoc est vel pretium promissum solverit, vel beneficium alteri resignavit, vel pensionem permiserit. Nam hoc specialiter statutum est contra hanc simoniam, quae gravioribus poenis puniatur, eo quod immunitas fraudibus sit obnoxia, & magis lateat quam quovis alia committitur, habeatque speciem successione hereditariae in iure valde exosa. Immo has poenas incurrunt beneficium recipientes, qui voto intentionem confidentialium dimittunt, quamvis recipiant final intentione, uti significant haec verba Bullae Pii V. *Etiam si sola dimittenti intentione recipiat*.

Nota 3. Cum Constituit Pii IV. & Pii V. novas poenas non superaddant ratione concipitur, nisi contra illum, qui pro confidentialium recipit beneficium, vel pensionem; solum recipientes privantur beneficiis, & pensionibus antea legitime acquisitis: non autem resignantes sub pactione confidentiali, aut ad cooperantes; qui tamen, ut vere simoniaci, incurrunt excommunicationem Papalem iure antiquo latam, si confidentialia pacto fuerit ex utraque parte completa.

Resp. 3. Poena simoniae in ordinatione sunt, 1. Excommunicatione Papae reservata, quam ipso facto incurrunt cum ordinans, tum ordinatus, Extravag. *Cum detestabile*, quod multi extendunt ad primam tonsuram, quia c. 11. de *etate prof.* dicitur per eam conferri ordi clericis, & usitato loquendi modo aliquis per eam simpliciter constituitur in ordinem clericorum. 2. Ordinatus suspensus est ab ordinibus, non solum quos simonicae suscepit, sed etiam omnibus simpliciter, ibid. Ordinatus vero suspensus est pro triennio a collatione omnium ordinum, ex c. 55. de Simon. Per Bullam vero Sixti V. *Sanctum*, suspensus est a collatione omnium ordinum, etiam tonsurae, & ab executione omnium munerum Pontificalium, & interdictus est ab ingressu Ecclesiae. Sed dicunt hanc Bullam non esse usum receptam in plerisque locis, praesertim in Gallis. Qui autem nec sciens, nec volens simonicae ordinatus est, secundum S. Thom. q. 100. art. 6. ad 3. & alios, non potest sine dispensatione ordines exercere.

Resp. 4. Poena simoniae commissa circa ingressum religionis, & professionem sunt, 1. Excommunicatione lata contra personas singulares dantes & accipientes. 2. Suspendio ab officiis capitularibus lata in conventum, si consenserit. Utraque poena ipso facto contrahitur, & Papae reservatur, Extravag. *Sane*, de simon. 3. Simonicae scienter professus, in alio artibus monasterium in poenam criminis deturdi debet, c. 25. de Simon.